quasi dubitans, dixerat se hanc avem non vidisse et cet; sed in ed. altera, 1829, I, nota ad p. 365, fraudem a Temminckio detectam, denuntiat.

80. *Geoffroy*, ex Senegal; — *Lanius plumatus* Sh. (ex L. V.); — *Prionops geoffroyi* Vieill. Enc. 754 (L. V.); — *Pr. plumatus* Sw. — Hartl. W. Afr. 107; — Cab. M. H. 68; — Bp. Csp. 359.

81. Id. junior.

82. ! *Sicrin*; »duo specimina »ex India» cognita». Alterum horum in Musæo Leydensi vidi. — Est avis composita: *Pyrrhocorax alpinus*, cui, utrinque, ad aures, appositæ sunt fibræ tres longæ, e folio Palmae cujusdum desuntæ; quod primus indicavit Schlegel, Krit. Üb. 98. — Interea ex opere Le V:tii artefactum nominatum est: *Corvus crinitus* Daud. Tr. — *Pyrrhocorax crinitus* Vieill. Enc. 896; — Pastor setifer Wagl. Syst. n:o 3. — Sed ipse L. V. memorat similitudinem ejus cum Pyrrhocorace.

83. ROUPENNE; in colonia capensi vulgaris. — *Turdus morio* L. XII (ex Briss. II, 309); — Lath. 64; — *Sturnus morio* Daud.; — *Amydrus morio* Cab. M. Hein. 201. — Spreo! *morio* Bp. Csp. 416; — Hartl. W. Afr. 115.

84. Ejusdem femina.

85. ! *Eclatant*; »patria ignota»; — denuo avis composita, adhuc in Musæo Leydensi asservata, de qua re jam in Vet. Ak. Öfv. 1848, 53 scripsimus. Est Qviscalus versicolor ex America septentrionali, cum cauda Picæ europeæ, a basi abscissa. Rostrum quoque (et verisimiliter cranium?) alienum: suspicor Lamprot. nitentis. — Nomina iconi data: *Sturnus splendens* Daud. et *Turdus splendidus* Vieill. Enc. 658 (n:o 73; nec n:o 50).

86. *Choucador*; »patria ignota». — *Sturnus ornatus* Daud. Tr. 309; — *Lamprot. ornata* Gray in Brit. Mus. (1847); = *Lamprot. ignita* Nordm. Bp. Csp. 415; — *Juida ignita* Gray Gen. tab. 80; — *Lamprocolius ignitus* Hartl. W. Afr. 116, — ex Africa occidentali.

87. (Vertdoré), »ex Namaqua et Senegambia». — Est *Turdus aeneus* Gm. — Lath. 67 (ex Briss. II, 313, sp. 54, et Pl. Enl. 220); — *Lamprotornis aenea* Temm. Man. Introduct. p. LV (typus generis *Lamprotornithos*, quod vero ipse, in Syst. Av. 1835, male neglexeram.) — Hartl. W. Afr. 115; — *Urauges aeneus* Cab. M. H. 200; — *Juida Less.*; — Bp. Csp. 414. — Avis tantum in Africa occidentali (Senegambia) querenda; in meridionali, ubi alia sp. affinis (L. australis (Sm. Report), L. burchelli Sm. Ill. 47) invenitur, ignota; neque in terra interacente cognita. L. V. forte in Africa vidit hanc L. australis, ex Caffraria in terram Namaquorum vagante; sed re vera L. aeneam, ex Senegal, pinxit et bene descriptis. Præterea specimen hujus sp., ex illius collectione, hodie adhuc in Musæo Leydensi adest.

88. SPRÉO, in colonia capensi vulgaris. — *Turdus bicolor* Lth. 84 (ex Buff.); — Spreo! Less. — Bp. Csp. 416. — *Notauges bicolor* Cab. Mus. Hein. 198. — Obs. Nomen Spreo corruptio est nominis batavici *Sturni*: Spreuw. L. V. in deser. hujus avis dicit eam, a colonis capensis: »Witgat-spreuw: étourneau a cul blanc», vocari.

89. NABIRÖP, in colonia capensi orientali, ad flumen Gamtoo, et in Caffraria meridionali inventus. — *Sturnus auratus* Daud. (ex L. V.; non vero *Turdus auratus* Lth. et Daud. = sp. sequens). — Hic non dubie idem videtur ac *Turdus nitens* Linn. XII (ex Briss. II, 311; typus primus gen: *Lamprocolii* nostri, Act. Stockh. 1835, 104, tum ex specimine capensi cognitus), quod etiam suspicatus est Hartlaub (W. Afr. p. 118). Specimen a Brissonio descriptum ex Angola allatum erat, unde nostris temporibus aves rarissime afferuntur. Hartlaub igitur nullum, praeter Brissonianum, inde ortum novisse videtur. Sed avem in Caffraria non rarum invenit noster Wahlberg, ejusdemque specimen deinde, in regione interacente, Damarensi, occidit, quod hodie in manu habeo. — Specimina caffra præterea nominata sunt: *L. phoenicopterus*, Sw. Two Cent. 360.

90. (Couigniop), in Senegambia frequens, sed etiam a L. V. »migrans, in terra Namaquorum visus» dicitur; ubi »ab indigenis, sicuti præcedens, promiscue Couigniop vel Nabirop vocatur». Hoc esse fabulam a L. V. additam, diu credidi, cum avem nemo præter eum extra limites Guineæ, vel ultra æquatorem, viderit; quæ sententia a J. Verreaux magnopere confirmata est. Audeo igitur narrationem supra allatam inter fabulas Le V:tii numerare, et observem, idem fere semper fieri, cum L. V. patriam veram indicat cum observatione: se ipsum avem migrantem in Africa meridionali vidisse; e. gr. ad plerasque madagascarienses, ad n:os 95: 1 et 2, pluresq. — Haec sp. est *Turdus auratus* Gm. — Lath. n:o 68 (ex Buffon et Pl. Eul. 540); — *Lamprocolius auratus* nob. 1835 l. c. — Hartl. W. Afr. 117; — Cab. Mus. Hein 199. — L. n:o 2 et 4, Bp. Csp. 415 (nec illius *L. auratus*). — Icon Edwardsii 320, a Linnæo et Linnæanis neglecta, huc referenda est. — Obs. Confusio nominum *L. auratæ* et *nitentis* ab opere Lichtensteinii »Verzeichniss. 1823», pag. 18 derivatur, ubi auctor, plerumque adcuratissimus, lapsu quodam, nomina L. V:tii perverse affert.

91. NABOUROUR; in Namaqua frequens; = *Sturnus nabouroup* Daud. ex L. V.; — *Amydrus nabouroup* Cab. Mus. Hein. 201; — *Lamprot. fulvipennis* Swains. Two Cent.; — *Spreo fulvip.* Bp. Csp. 416, — et Hartl. W. Afr. 116. — *Coracias caffra* Linn. X (descri. orig.); — XII; — Lath. n:o 8. — (*Lamprocolius caffer* dicendus).

92. *Cravate frisée*; »ex insulis maris pacifici»; — *Merops cincinnatus* Gm.; — *M. novæ zelandiæ* Lath. 18; — *Philemon cinc.* Vieill. Enc. 613; — Gal. 123; — *Prosthemadera cincinnata* Gray Gen. — *Pr. novæ zeel.* Bp. Csp. 391; — Cab. Mus. Hein. 119. — Ex nova Zelandia.

93. PORTE LAMBEAUX; »in Africa meridionali-orientali. Ad urbem tantum migrans». — *Gracula carunculata* Gm. (ex Lath. Gen. Syn.); — *Sturnus gallinaceus* Lath. n:o 7. — *Dilophus gall.* Vieill. N. Dict.; — *Acridotheres gall.* Enc. 691; — *Pastor carunc.* Wagl. Syst. n:o 16. — *Dilophus carunc.* Bp. Csp. 421; — Cab. Mus. H. 206.

94. Idem, junior et var. *albinus*.

95: 1. (Martin Brâme); »ex India, sed in terra Namaquorum, orientem versus migrans, a L. V. inventus». — *Turdus pagodarum* Lth. 20 (ex Sonnerat It. Ind, II, 189); — *Pastor pag.* Wagl. Syst. n:o 8; — *Hetaerornis pagodarum* Gray; — Bp. Csp. 419; — *Temenuchus pag.* Cab. Mus. Hein. 204. — Tantum in peninsula indica, nec in Africa vivit. (De indicatione patriæ hujus et sequentis, conf. sub n:o 90).

95: 2. (Martin gris de fer); — »die 6 Octobri, prope Bruyntjes-Hoogte . . in parte orientali coloniae, greges numerosi, occidentem versus migrantes, visi»; ex quibus ipse L. V. 5 specimina occidisse dicit, pluraque de hac re narrat; — et tamen non dubito haec omnia fabulosa habere. Avis enim est mere indica: *Turdus ginginianus* Lath. 133 (ex Sonnerat); — *Pastor griseus* Wagl. Syst. n:o 9; — *Acridotheres gingin.* Bp. Csp. 419.

96. (Roselin); »Europam et Asiam meridionalem proprie inhabitat, sed a L. V. ad 24° lat. merid. (i. e. in terra Namaquorum, prope tropicum) visa», »ubi quotannis regulariter transmigrat! — Montbeliardum vehementer vituperat, qui credit, hanc avem in Gallia, migrantem, quotannis apparere, et ipse tamen, eodem loco, fronte proterva, illud mendacium affert! Avis per totam Africam ignota est, nisi forte in maxime septentrionali inveniretur. — *Turdus roseus* Linn. — Lath. 59; — *Pastor roseus* Temm. Man. — Cab. Mus. Hein. 203; — Bp. Csp. 421.

97. PIQUE-BOEUF, »in Namaqua et ad Senegal»; — *Buphaga africana* Linn. et omn. — Cab. Mus. H. 202; — Bp. Csp. 423. — Obs. *Buphagam erythrorhyncham*, in Caffraria, etiam ad Port Natal, frequentem, non memorat.

TOME 3: AN X (1802).

98. GRIVEROU, intra coloniam frequens. — *Turdus olivaceus* Linn. XII (Briss. II, 294); — Lath. 88; — Vieill. Enc. 642; — Bp. Csp. 273.

99. Idem. junior.

100. VARIÉTÉ DU GRIVEROU; »unicum specimen, ad Sontagrevier (in col. orientali) occisum» = *T. obscurus* Smith Report 45; et Illustr. 36 (nec *T. obsc.* Vieill. Enc. 654).

101. ROCAR ♂ et ♀; intra coloniam in montibus. — *Turdus rupestris* Vieill. N. Dict., et Enc. 671 (ex L. V.); — *T. rupicola* Licht. Cat. 1823, 38 (L. V.); — *Petrocincla rup.* Vig.; Bp. Csp. 297; — *Monticola rup.* Boie, Cab. M. Hein. 7.

102. Idem, var. et junior.

103. ESPIONNEUR; Taffelberg et montes in colonia, orientem versus. — *Turdus explorator* Vieill. Enc. 658 (ex L. V.); — *Petrocinela expl.* Bp. Csp. 297.

104. RECLAMEUR; »in col. orientali, usque ad Caffrarium»; — *Muscicapa bicolor* Sparrm. Mus. Carlss. 46 (v. supra pag. 9, n:o 46, in revisione M. Carlss.); — *Bessornis vociferans* (Sw.), Cab. Mus. Hein. 8; — Bp. Csp. 301; — *Cossypha reclamator* Hartl. W. Afr. 76.

105. BRUNET; intra coloniam, etiam juxta urbem. — *Turdus capensis* L. XII (ex Briss. II, 259); — Lath. 97 (Brunet, Buff.); — *Pycnonotus cap.* Gray; — Cab. Mus. Hein. 107; — *Ixos*, Temm.; Bp. Csp. 266.

106: 1. BRUNOIR; »in terra Namaquorum frequens; non vero in colonia inventus». (Sed in Caffraria frequens, M. Sthm). — Turd. capensis β Lath. (ex Buff. Brunet variété, et Pl. Eul. 387); — T. nigricans Vieill. Enc. 653; — Pycnonotus nigricans Cab. l. c. 107.

106: 2. IMPORTUN; in colonia, orientem versus. — Turdus importunus Vieill. Enc. 662 (ex L. V.); — Andropadus importunus Gr., Cab. Mus. Hein. 112. — Bp. Csp. 261. — Certe eadem avis sp. quæ in Caffraria frequenter invenitur; de qua re dubia in V. Ak. Öfv. 1850, 100, exposueram. Deinde specimina ex utroque loco obtinui.

107: 1. (Curouge); »inventus in terra Namaquorum, ubi eum tantum sub æstate calida inveniri, dixerunt indigenæ! — Hæc vero avis, mere indica et circa Bombay frequens, certe numquam in Africa inventa est, etsi Brisson, indicio falso seductus, hoc crediderit. Hinc vero avis appellata est: Turdus cafer L. XII (ex Briss. II, 257); — Lth. 99. — Muscicapa haemorrhous Gm.; — Lth. 26 (ex Brown Ill.); — Pycnonotus haemorrhous Gray Gen., nobisque; — Ixos cafer Bp. Csp. 267 et I. hæmorrh. 265; — Brachypus hæm. Mus. Hein. 108. — Icon et descriptio L. V. bene hanc, nec sp. bengalensem exhibent. Cabanis l. c. nobiscum negat avem in Africa inventam esse.

107, 2. (Cudor); »prope flumen »Groote Vis» [ad confinium terræ Caffrorum] a servo fideli Klaas occisus! — Est tamen avis javana: — Turdus aurigaster Vieill. N. Dict. et Enc. p. 657; — Pycnonotus Gray Gen.; — Brachypus aurigaster Cab. l. c. 108. — »Ixos chrysorrhæus Temm.» (ubi?) — Bp. Csp. 266, c. falsa cit. Latham.

108. MERLE A CALOTTE NOIRE, ad Bruyntjes-Hoogte, in colonia orientali, inventus; — Turdus nigricapillus Vieill. Enc. 656 (ex L. V.); — Lioptilus nigricapillus Mus. Hein. 88; — Bp. Csp. 332.

109. (Cadran); »inventus in terra Namaquorum! — Est vero avis indica, numquam in Africa visa, sed in Bengalia frequens (»rectricibus utrinque 4 albis»); — Gracula saularis Linn. X (ex Edw. 181; Albin 17, 18); — Lath. n:o 9; — Copsychus saularis Bp. 267; — Mus. Hein. 9.*)

110. ? Hause col noir; »cum præcedente (i. e. in terra Namaquorum) inventa»; — avis omnino dubia, hodie ignota, vix autem ex Africa meridionali; verisimiliter composita? — »Copsychus pectoralis (Steph.), Le Vaill.»: Gray Gen. of B. Appendix, 30 a, lin. ultima. — Aliam citationem hujus iconis non inveni, ne apud Vieillot quidem.

111. JANFREDIC; »per coloniam capensem vulgaris»; — Motacilla caffra Linn. Mantissa; — Gmel. 997; — Sylvia caffra Lth. n:o 22; — Turdus phoenicurus Gm. — Lath. 23; — Muscic. superciliaris Mus. Carlss. 96; (Videas supra, pag. 14, in expositione Musæi Carlssoniani, n:o 96).

112: 1. JABOTEUR; »in regione Houtniqua vulgaris»; — Phyllastrephus capensis Sw. W. Afr. — Mus. Hein. 113; — Bp. Csp. 260. — Nomen emendandum: Phyllostrophus capensis scribendum. — Etiam in Caffraria inventus.

) Obs. sp. altera est Copsychus amoenus Horsf. L. Tr. XIII, ex Java, rectricibus utrinque 3 albis; — sed etiam tertia sp. cum his plerumque confunditur:

Cops. mindanensis, ex insula Luzon (Turd. mind. Gm. — Lath. 95, ex Buff. Merle de Mindanao, et Pl. Eul. 627, 1) rectricibus omnibus nigris; quem ex insulis Philippinis obtinuimus.

112: 2. FLUTEUR; »ab urbe capensi usque ad Caffrariam»; — *Sylvia africana* Gm. — Lath. 32 (ex Briss. III, 390). — *Muscicapa afra* Gm. — Lath. 15 (orig.). — *Sphenura tibicen* Licht. Cat. 43. — *Sphenæacus africanus* Strickl.; Cab. Mus. Hein. 42; — Bp. Csp. 279.

113. *Merle roux a collier noir*, »de la mer du Sud». = *Turdus atricollis* Vieill. Enc. 671; — et hinc: »*Copsychus? atricollis*» Gray Gen. 177. — Hunc esse *Turdum nævium* ex California (Bp. Csp. 271) docuit cl. J. Verreaux.

114. *Merle tricolor a longue queue*; »patria incerta; sed avis, cum præcedente, a cl. Woodfort, Londinensi, Parisios missa». — Est *Turdus macrourus* Gm.; Lath. 100; — *Copsychus macr.* Mus. Hein. 9; — *Kittacincla!* macr. Gould Z. Pr. 1836'; — Bp. Csp. 268; — ex Java—Malacca. Nomen, si adhibendum censemur, *Cittocincla macroura* scribendum est.

115. *Cravate blanche*, »ex Batavia, Temminckio missa»; — *Turdus gutturalis* Lath. Suppl. II; — *Pachycephala gutt.* Vig. et H. — Mus. Hein. 65; — *Muscic. pectoralis* Lath. Suppl. II; Bp. Csp. 328; sed nomen hoc, nulla re, nomini *T. gutturalis*, in eodem libro edito hodie accepto, præferendum est. — *Laniarius albicollis* Vieill. Enc. 756, ex L. V. — Ex Australia.

116. *Merle écaillée*, »cum præcedente advenit»; — *Meliphaga phrygia* Lewin, ex Australia; — Cab. Mus. Hein. 119; — Bp. Csp. 391. — *Turdus squameus* Vieill. Enc. 658 (ex L. V.).

117. ? *Merle jaune hupé*, »ex insulis maris pacifici, in coll. cl. Ray de Breukelerwaard»; — avis hodie ignota et verisimiliter composita, = *Turdus melanicterus* Vieill. Enc. 662, — indeque »*Copsychus? mel.*» Gray Gen. — *Præterea mihi ignotus*. Hanc vero fuisse avem compositam suadet, non minus habitus insolitus, quam citatio collectionis ubi aderat, in qua plures aves compositas descripserat auctor noster (e. gr. n:o 55). Hanc etiam sententiam probavit J. Verreaux.

118. GRIVETIN; »in colonia orientali; egregie canorus». — *Sylvia leucophrys* Vieill. Enc. 119 (ex L. V.). — *Thamnobia leucophrys* Cab. Mus. Hein. 40, nota n:o 2 et 3 (nobisque). — *Erythropygia pectoralis* Sm. Report 46 et Ill. 49.

119. ? Col d'or; Houtniqua. Sp. dubia, a nemine præter L. V. descripta. — *Sylvia auraticollis* Vieill. Enc. 438; — *Ixos auricularis* Voigt. Regne An. — *Turdus auraticollis* Bp. Csp. 302 (omnes ex L. V.). — Hæc avis, hodie ignota, mihi videretur *Cossypha caffra* (supra n:o 111), descripta ex pictura minus bona, quam L. V. ab alio quodam peregrinatore acceperat?

120. CORIPHÉE, »ex parte orientali coloniæ»; »optimus Africæ cantor» L. V. — »*Sylvia coriphæus* Vicill.» Lesson Tr. 419 (ex L. V.); — *Drymoica coriph.* Bp. Csp. 282; — *Thamnobia coryphæus* Cab. Mus. Hein. 40 (lapsu calami »*coryphæa*«). — Etiam in Caffraria obvia.

121: 1. ? Caqueteuse; Houtniqua; = *Sylvia babæcula* Vieill. Enc. n:o 62 (ex L. V.); — Bp. Csp. 286. — Avis nobis ignota; qvam vero existere non dubitamus.

121: 2. ISABELLE; Houtniqua; — *Sylvia baeticata* Vieill. Enc. n:o 123; — *Calamoherpe* Bp. Csp. 286. — *Cettia baeticata* nob. ex Caffraria, non procul a Port Natal, a Wahlbergio inventa.

122. ? Pavaneur; Houtniqua et ad Lagoa bay. — *Sylvia brachyptera* Vieill. N. Dict. — Enc. 460 (ex L. V.); — *Bradypterus platyurus* Sw. Classif. 241 (an ex specimine cognito?); — *Brad. brachypterus* Cab. Mus. Hein. 43. — Avis mihi adhuc non rite cognita, etsi 4 sp. hujus generis ex Africa meridionali habeo. Illa, quam olim sp. L.V:tii credidi, ad Portum Natal inventa est (cf. Vet. Ak. Öfv. 1850, 103, sub n:o 27); duæ vero, non procul a Lagoa bay (ubi suam invenerat L. V.), evidenter differunt. — Obs. *Bradypterus brevirostris* l. c. (Öfv. 1850, 103) descriptus, forte est junior *Catrisci apicalis* Cab. Mus. Hein. 43, in nota, vel saltem sp. affinis. *Catriscus* a *Bradyptero* non differt, nisi rostro breviore et crassiore, paullum tumido.

123. PLASTRON NOIR; »in Caffraria et Namaqua minore majoreque»; — Fig. 1 ♂ = *Motacilla thoracica* Sh. Nat. Misc.; — *Apalis thoracica* Sw. Zool. Ill. N. Ser. — (Genus in Sw. Classif. rejectum et species ibi non inventa); — *Drymoica thoracica* Gray Gen.; — Bp. Csp. 282.

Obs. Fig. 2, Femina dicta, est alia sp., forte *Drym. pectoralis* vel *flavicans*, vel omnino ficta; nam *Apalis thoracica* ♂ et ♀ pictura similes sunt. Specimina ex Caffraria et colonia capensi, sexu, inspectione genitalium, definita habemus.

124. ROUSSETÈTE; »Namaqua, Camdebo, Caffraria». — *Sylvia fulvicapilla* Vieill. Enc. n:o 162 (ex L. V.); — *Drymoeca fulvicapilla* Bp. Csp. 282, — nobisque.

125. OLIVERT; »ad Pampoen-kraal in Houtniqua». — *Sylvia brachyura* Vieill. Enc. n:o 142 (ex L. V.). — *Eremomela flaviventris* Sundev. Öfv. 1850, 102 (ex Caffraria; propter malam descriptionem L.V:tii, distincta sp. habita); — *Eremomela brachyura* dicenda. Hodie specimina, non procul a loco, ubi avem invenerat L. V., a Victorin occisa, habemus.

126. GRINET; »in colonia ad orientem»; — *Sylvia subcærulea* Vieill. N. Dict.; — Enc. n:o 100 (ex L. V.); — *Sylvia erythropygia* Licht. Cat. 1842; — *Parisoma rufiventris* Sw. Classif. 247 (ex L. V.); — *Parisoma subcæruleum* Gray Gen. — Bp. Csp. 259. — (*Thamnobia subcærulea* nob.).

127. CITRIN; Namaqua; — *Sylvia flavicans* Vieill. Enc. n:o 69; — *S. limonella* Licht. Cat. 1842. — (Vix *Sylvia subflava* (Gm.), Lath. 102; — *Drymoica subflava* Gray Gen. — Bp. Csp. 282). — *Drym. flavicans* nob.

128. ? Double sourcil; »in campis Karow, intra coloniam». — *Sylvia diophrys* Vieill. Enc. n:o 69 (ex L. V.); — *Drym. diophrys* Gray Gen.; — Bp. Csp. 282 (c. cit. »Shaw Nat. Misc. 973»). — Avis vix post L. V. visa mihi que dubia. Etiam clino J. Verreaux ignota; ulterius in regione citata quærenda.

129. Dicitur femina sequentis (n:o 130) cum nido. — De nido ipse nihil compertus sum; sed femina sequentis similis est marito; haec igitur icon videtur alia sp. vel plane ficta.

130: 1. CAPOCIER mâle; »ad urbem, ad Saldanha bay et in tota colonia frequens»; — *Sylvia macroura* (Gm.) Lath. n:o 140 (Pl. Enl. 752, 2 et Buff.). — *Drymoica capensis* Smith. Ill. 76. — *Drymoeca macroura* Cab. Mus. Hein. 43; — Bp. Csp. 282.

130: 2. *Queue gazée*; »ex Java, Temminckio missa». — Est *Stipiturus malachurus* (Lth.). — Less. Tr. 414; — Bp. Csp. 219; — Cab. Mus. Hein. 42; — ex Australia, circa Sidney vulgaris.

131. PINC-PINC; intra coloniam capensem frequens. — *Sylvia textrix* Vieill. Enc. 152; — *Hemipteryx* (typus gen:s) Sw. Classif. 242; — *Drymoica textrix* Smith Ill. 74; — *Hemipteryx textrix* Mus. Hein. 44; — Bp. Csp. 280. — Obs. Nidum, a L. V. in hac tabula delineatum, et huic avi attributum, non esse hujus, sed *Ægithali* minutus (infra n:o 134), in V. A. Öfv. 1850, 106—7, ostendimus. J. Verreaux hanc correctionem, propria experientia ductus, affirmat.

132. TCHERIC; in colonia frequens, Wit-oog [albi-oculus] dictus. — *Zosterops capensis* V. Ak. Öfv. 1850, 102. — Plerumque *Z. madagascariensis* appellata; — sic. Mus. H. 115.

133. (Figuier acutipennes) ♂ et ♀; »circa flumen magnum [i. e. Gariep] inventa». — Deinde ibi non visa. Icon vero, ut descriptio, non dubie exhibent avem *Synallaxinam* ex America meridionali, quæ forma in Africa et in tota orbe antiqua non invenitur; forte *Sphenura mentalis* Licht. vel sp. affinis. Forte ex pictura, ab alio quodam facta, descripta? — Nominata est: *Sylvia oxyura*, Vieill. Enc. n:o 32.

134. BECQUE FLEUR ♂ (♀ false descripta); »in coloniae parte occidentali et Namaqua». — *Sylvia minuta* Sh. (ex L. V.); — *Drymoica minuta* Gray Gen. 163; — *Ægithalus smithii* Jardine, et Vet. Ak. Öfv. 1850. 106; — *Æg. minutus* ibid. 107; — *Anthoscopus minutus* Mus. Hein. 89. — Femina, ut l. c. docuimus, pictura similis est mari. A Le V. pictura frontis nigra, albovaria, carere dicitur. De nido hujus avis, conf. supra, n:o 131.

135. CROMBEC; »ad Elephant revier, ab urbe capensi septentriones versus». — (Conf. ea quæ in Vet. Ak. Öfv. 1850, 128 de hac et de sp. affini diximus). — *Dicæum rufescens* Vieill. Enc. 609; — *Sylvieta crombec* Lafr. Rev. Zool. 1839, 258. — *Troglodytes micurus* Rüpp. N. Wirb. tab. 41? (Oligura micr. Rüpp. Syst. Üb. 56); — *O. rufescens* Mus. Hein. 44. — Nomen autem genericum »*Sylvieta*», prius datum, corrigendum et huic generi reservandum videtur. Avis igitur *Sylviella rufescens* dicenda. Nomen *Oligura* Hodgs. melius forte avibus asiaticis, plerumque »*Tesia*» dictis, tribuendum. — Icon L.V:tii peccat rostro nimis longo et curvato.

Obs. nomen »*Oligura meridionalis*», in Bp. Csp. 237 allatum, delendum est, utpote olim in literis nostris, ad *Temminckium missis*, avi tum dubiæ datum. In iisdem literis scripsimus »*O. brachyuram* (Lafr.) ex *Sennaar* nobis allatam», esse; ex quo non dubito, nomen, eodem loco expositum, »*O. brachyptera* Lafr., ex *Sennaar*», lapsu calami facto, derivari.

136. *Figuier rouge à ailes noires*; ex Amboina. — Videtur = *Dicæum cruentum* Horsf. (nec Linn.); — *Nectarinia rubrocana* Temm. Col. 108: 2, 3, ex Java; — *Dicæum flammeum* (Sparrm.) nobis, supra pag. 14, n:o 98.

137. MESANGE NOIRE ♂ ♀; in colonia orientali et Caffraria. — *Parus niger* Vieill. Enc. 508 (ex L. V), nobisque. — *Pentheres niger* Cab. Mus. Hein. 92. — *Melaniparus niger* Bp. Csp. 228.

138. MESANGE GRISSETTE; ex Camdebo. — *Parus afer* Gm.; Lath. n:o 7 (male descriptus, Lath. Gen. Syn. II, 539, in coll. Burkii); — *P. cinerascens* Vieill. Enc. 507; — Mus. Hein. 92; — Bp. Csp. 229.

139: 1. MES. BRUNE a poitrine noire (Fig. inferior, lapsu signata 2); intra coloniam, etiam prope urbem; — *Parus fuscus* Vieill. Enc. 505 (ex L. V.). — Bp. et Cab. locis ad præc. citatis.

139: 2. *Mes. grise à joues blanches* (Fig. superior). Java; Coll. Temminckii. — *Parus cinereus* Vieill. Enc. 506; — Cab. l. c. — Bp. l. c.

140. *Capnègre*, ex Ceylon. — *Pyenonotus atricapillus* Blyth (ex: *Ægithina quadricolor* Vieill. N. Dict. = *Sylvia* n:o 206 *atricapilla!* Enc. 481) nobisque. — *Parisoma monacus* Bp. Csp. 259, — et »*Brachypus gularis* Gould« Bp. Csp. 264. — (An idem in Gray et Hardw. Ind. Ill. II, 35 fig. 1, cum crista apposita, exhibetur? — Cf. etiam »*Pyen. nigricapillus* Drapiez«, Kelaart Prodr. Fn. Ceylan.).

141. *Quadricolor* ♂ ♀; Ceylon. — *Sylvia zeylonica* Gm.; Lth. 91 (Brown Ill. 15, ex Ceylon); — Vieill. Enc. 481 (»*Ægithine Quadricolore*«; typus gen:s *Ægithinæ* Vieill. Analyse); — *Iora zeylonica* Cab. Mus. Hein. 76; — *Ægithina zeylonica* nobis. — Obs. Varietas bengalensis est: *Motacilla tipha* Linn. X (ex Edw. 79); — *Iora tipha* Cab. l. c. — Nomen vero javanicum: *Iora* Horsf., in nomenclatura zoologica male admittitur.

142. TCHITREC ♂ ♀; »ex Africa meridionali-orientali et Senegalio. — *Muscipeta perspicillata* Sw. W. Afr. II, 60 (ex Afr. merid.; illi non ex Afr. occid. cognita). — Specimina primum descripta, dicta sunt: *Muscicapa cristata* Gm.; Lath. n:o 9 (ex Briss. II, 422; M. senegalensis cristata, »ab Adansonio allata«); — *Tchitreæ cristata* Hartl. W. Afr. 89, (dubium tamen videtur an specimina recentius allata noverit?) — Ipse specimina multa, ex Caffraria a Wahlbergio et ex Lagoa bay a Victorinio allata, habeo; specimina vero ex Africa occidentali non vidi. Nescio equidem, an alia præter Brissoniana, inde cognita sint. Suspicari sane posset, avem ibi non inveniri, sed specimina citata, errore quodam, senegalensis judicata fuisse; quæ res ulteriore illustratione eget.

143. Ejusdem nidus.

144. *Tchitreæ-bé*, ex India et Ceylonia; var. *rufa*,

145. eadem » » var. *alba*,

146. eadem » » var. *intermedia*. Hæ varietates simul sunt *Muscicapa paradisi* Linn. XII (ex Briss. Edw. etc.); — Lath. n:o 54; — Sundev. Aves ex Calcutta (Physiogr. Tidskr. Lund 1837, et Ann. of Nat. Hist. 1846) n:o 11; — *Muscipeta* (typus generis) Cuv. R. An. 1817, I, 344; — *Muscipeta paradisi* Bp. Csp. 325 (et M. cristata, ibid. pars); — *Tchitreæ*, Less. Traité (typus gen:s); — *Terpsiphone* Glog. (pro *Muscipeta*); — *Terps. paradisi* Cab. Mus. Hein. 58.

Obs. Descriptionem gen:s *Muscipetæ* Cuv. l. c. attente perlegenti, clarum erit, M. paradisi proprium esse typum hujus generis, etsi non prima enumeretur, et Todum regium

regium auct. cum hoc typo consociatum, sed, ob magnificentiam cristæ, primum expositum esse. Nomen vero Muscipetæ (jam ante, anno 1815, teste Gray, Catalogue, a Kochio, pro Calamodyta adhibitum), si h. l. servandum non videtur, substituendum est: Terpsiphone, Gloger, Fror. Not. 1827: XVI, 278; nomen sine typo et definitione, tantum ut locum »Muscipetæ Cuv.» impletat, propositum. Omittendum vero est nomen barbarum Tchitrea Less.

147. (Schet roux), »ex Madagascaria et Bourbon, sed etiam a L. V. ipso, in Caffraria meridionali inventa» dicitur. Quod vero inter fabulas numerandum est. — Muscipeta rufa Sw. W. Afr. II, 60 (ex L. V.); — Musc. mutata β , Lath. n:o 55 (ex Briss. II, 424, ubi etiam hausit Buffon, et Pl. Enl. 248, 1). — M. holosericea Temm. Index ad Pl. Col. — Bp. Csp. 325. — Certe non ex Africa.

148. (Schet noir); a L. V. ipso »in Caffraria inventa» dicitur. Est vero, sicuti præcedens, Avis madagascariensis, vel forte Mascarena, = muscipapa mutata L. XII (confusa cum priori; indeque citatio nominis Brissoniani prioris, sed descriptio hujus, ex Briss. II, 430, a Linnæo afferuntur); — Lath. n:o 55 (c. cit. Buff. et Pl. Enl. 248, 2; quæ descr. et icon etiam ex Briss. desumptæ videntur); — Bp. Csp. 325; — Muscipeta bicolor Sw. l. c.

149. (! Nebuleux); in terra Namaquorum, »prope flumen »Grote Vishrevier» a L. V. ipso inventa dicitur. Nidus moresque describuntur. — Est vero avis arte composita, quod jam indicavit Hartlaub, Isis 1846, 186. Specimen L.V:ii, adhuc in museo Leydensi asservatum, nobis monstravit cl. Schlegel. Est vero Fluvicola bicolor ex America meridionali, cum dorso alieno, albido, arte apposito, additisque rectricibus 2 longis Viduæ serenæ. — Hoc monstrum olim ex opere L.V:ii appellatum est: Sylvia nebulosa Vieill. Enc. n:o 135; — Muscipeta fluvicola Swains. W. Afr. II, 60.

150. (! Cordon noir); »prope tropicum Capricorni, a L. V. ipso» inventa dicitur; i. e. in parte septentrionali terræ Namaquorum, ubi L. V. sine dubio credidit, neminem post se ipsum intraturum fore, sed ubi illum ipsum fuisse, nos dubia quædam fovere audemus. Avis mihi, omnibusque quos interrogavi, ignota; spero autem non errare, si, in icona, Muscipapam atricapillam, in Europa vulgarem, agnoscere credo, cui appositæ sunt fascia pectoralis nigra et pennæ caudales 2 longissimæ, alienæ. — Interea icon LeV:ii nominata est: Sylvia melanoleuca Vieill. Enc. n:o 72; — Muscip. pectoralis Sw. l. nuper citato.

TOME 4; 1805.

151. GOBEMOUCHE MANTELÉE; Houtniqua, Caffraria; — Muscipapa cyanomelas Vieill. Enc. 815; — Philentoma cyanom. Bp. Csp. 324; — Trochocercus cyanom. Cab. Mus. Hein. 58.

152. (Gobem. à lunettes); »Gamtoo» in colonia orientali. Sed, etsi minus bene picta, non dubito, hanc esse avem javanam: = *Rhipidura javanica* (Sparrm.); — Conf. Cab. Mus. Hein. 57: *Leucocerca jav.* — *Platyrhynchus perspicillatus* Vieill. Enc. 858 (ex L. V.). — Fig. 2, ♀, plane ficta videtur.

153. (Azur a calotte); »Caffraria». Est avis indica minimeque africana; *Muscicapa cærulea* Gm.; Lath. 36; — *Hypothymis cærulea* Boie; — Mus. Hein. 56. — In Bp. Csp. p. 320 confusa cum avi javana, ibid. n:o 6; dein p. 321 nomine recentiore: *M. manadensis*, inter *Myiagras* numerata.

154. MIGNARD; *Caffraria*, *Namaqua*. — *Muscicapa scita* Vieill. Enc. 815 (ex L. V.); — »*Platystira longipis*» Sw. Flyc. t. 28. — *Stenostira scita* Bp. Csp. 316.

155. *Oranor*; India, Ceylon. — *Pericrocotus peregrinus* Boie; — Cab. Mus. Hein. 59. — Conf. supra pag. 9 n:o 48.

156. ONDULÉ; *Houtniqua*, *Caffraria*. — *Muscicapa fuscula* Sundev. Öfv. 1850, 105; — Citata sub *M. undulata* ex ins. Mauritio, Vieill. Enc. 813; — *Alseonax undulata* Cab. Mus. Hein. 52. — Vera *M. undulata* Gm.; Lath. 19 (ex Buff.), mihi ignota.

157. ETOILÉ ♂ ♀; in colonia orientali; — *Musc. stellata* Vieill. Enc. 811 (ex L. V.); — *Pogonocichla stellata* Cab. Orn. Not. 1847, p. 314; — Mus. Hein. 2; — Bp. Csp. 300. — *Pog. margaritata* Sund. Öfv. 1850, 104; ex *Caffraria*; quam ego, descriptione mala L.V:tii in errorem inductus, sp. distinctam credidi. Specimina deinde ex colonia capensi accepi et simillima caffris inveni.

158. (Azourou); »*Namaqua*», cum historia de vitæ ratione, nido, ovis, junioribus. — Avis mihi paullum dubia; post L. V. in Africa non inventa. — *Musc. azurea* Vieill. Enc. 807, n:o 7 (ex L. V.). — Habitu minus avem africanam, quam javanam refert; nec multum a sp. gen:s *Eumyiæ* Cab. differre videretur; est vero *Sialia wilsoni* ex. Amer. sept.

159. (Capuchon blanc) ♂ ♀; apud Huswanas, »prope tropicum capricorni, inventa»; — nil vero aliud est nisi *Todus leucophalus* (♂) et *T. plumbeus* (♀) Pall.; — Lath. n:o 6 et 8; — *Muscic. leuc.* Pr. Max Beytr. III, 812; — *Arundinicola leuc.* Lafr. d'Orb. — Bp. Csp. 194; — ex America meridionali. — (*Platystiræ* sp. habetur: Sw. Flyc. 188; — *Plat. monacha* Gray Gen. 257).

160. Molenar ♂ ♀; »in colonia meridionali, a Duyvenhoc ad confinium terræ *Houtniqua*»; i. e. fere in provincia hodierna Zwellendam; nec alibi a L. V. visa dicitur. Deinde a nemine inventa est avis, qualis a L. V. describitur: gula maris nigra. L. V. vero nullo verbo memorat avem similem, per totam coloniam et in *Caffraria* frequentem, cui nomen est: *Muscicapa capensis* Linn. XII (ex Briss. II, 372); — *Musc. torquata* β Lath. 3; — *Saxicolæ thoracica* Licht. Cat. 32; — *Platystira capensis* Gray Gen.; — Cab. Mus. Hein. 59. Rite igitur eadem a Cabanisio l. c. habetur, lapsu quodam, a L. V. male picta et descripta. — Icon et deser. L.V:tii = *Musc. pistrinaria* Vieill. Enc. 816. — Cf. Bp. Csp. p. 322: *Platystira* n:o 2 et 6.

161. PRIRIT; »*Namaqua* et *Caffraria*»; — *Muscicapa pririt* Vieill. Enc. 819 (ex L. V.); — *Platystira pririt* Bp. Csp. 322; — Mus. Hein. 59.

162. ECHENILLER GRIS ♂, intra coloniam ad orientem; — *Campephaga cana* Vieill. N. Dict. — Enc. 857 (ex L. V.); — *Ceblepyris cæsia* Licht. Cat. 51; — Cab. Mus. Hein. 62. — Bp. Csp. 353.

163. Ejusdem femina.

164. ECHENILLEUR JAUNE; (locum non memorat L. V.). — *Cebl. flava* Vieill. Enc. 857. Est femina vel junior sequentis, quod L. V. non observaverat, quod vero speciminiibus multis a Wahlbergio, ex Caffraria, nobis allatis sexuque determinatis, omni dubio caret. Conf. mox infra.

165. ECHEN. NOIR; »in silvis coloniæ ad orientem, præsertim ad Gamtoo»; — *Campephaga nigra* Vieill. Enc. 858 ♂; — Bp. Csp. 353; — Cab. Mus. Hein. 61 ♂ ♀. — Obs. L. V. false dicit »feminam esse similem mari, sed minorem, colore paullo fusciorum», quod plures errores induxit. Cf. præcedentem: 164.

166. (Drongo); »in Caffraria frequens» a L. V. inventus dicitur, cum multis de vitæ ratione. Est vero avis madagascariensis, — *Lanius forficatus* L. XII (ex Brisson II, 188, e Madagascar); — Lath. n:o 1; — *Dicrurus cristatus* Vieill. Enc. 753; — Bp. Csp. 352. — Obs. specimina antiquiora interdum composita esse a sp. quadam vulgari cum crista apposita. Unum in musæo Stockholmiensi, e collectione Paykulliana restat, verisimiliter olim Parisiis emtum, a sp. vulgari bengalensi confectum; aliud vero, genuinum, recentius acquisivimus.

167. DRONGEAR; »in colonia orientali et in Caffraria». — *Dicrurus musicus* Vieill. Enc. 75 (ex L. V.); — Cab. Mus. Hein. 111; — Bp. Csp. 352. Hunc nos quoque ex colonia capensi ad orientem habemus.

168. Ejusdem nidus.

169. (! Drongo a moustaches); Caffraria; cum longa historia. Est avis-composita e sp. paullo majore (vel forte præcedente) cum vibrissis appositis et vi erectis; quod jam indicavit J. Verreaux in Hartl. W. Afr. 101, sub n:o 307.

170. *Drongri*, ex »Ceylon»; sed indicationes patriæ hujus et sequentis permutatae videntur; hæc enim nobis apparent = *Dier. cineraceus* (Horsf.) Cab. Mus. H. 111, — Bp. Csp. 352, — in Java vulgaris. — Icon L.V:tii = *D. leucophaeus* Vieill. Enc. 752.

171. *Drongri a ventre blanc*, »ex Java» (sed verisimiliter ex Ceylon. Cf. præced.); — *Dicrurus leucogaster* Vieill. l. c. — Sp. inc. Bp. Csp. 351, lin. ult. — Forte idem ac sp. a Bp. sub *D. leucophaeo* (p. 352 n:o 9) citata.

172. *Drongo Fingah*; »Bengalia». — *Lanius caerulescens* Linn. X (ex Edw. 56); Lath. 3; — *Dier. caerulescens* Bp. Csp. 351. — Sp. mihi ignota, sed nulla est ratio eam dubiam habendi, nisi forte junior alias speciei esset?

173. *Drongup*; »ex India». — *Dicrurus lophorhinus* Vieill. Enc. 752 (ex L. V.). — Mihi videtur sp. in Bengalia vulgaris, cui plumæ frontis majores et curvatæ, vel a pictore, vel a præparatore, appositæ sint. Idem diximus in descr. Avium ex Calcutta n:o 9 (Phys

Tidskr. 1837 et Ann. Nat. Hist. 1846) ubi avis Ed. balicassius dicitur. Conf. sp. sequentem, simillimam.

174. *Drongolon*. Patria non indicata, sed inter »sp. exoticas» enumeratus. — Dier. macrocercus Vieill. Enc. 753 (ex L. V.); — Musc. biloba Licht. Cat. p. 52, cum cit. L. V. 174; — Dier. bilobus Cab. Mus. Hein. 111 (»ex Java». Conf. notam h. l. allatam). »Rectrices apicem versus angustatae» (Licht.) avem javanam a bengalensi distinguere videntur.

175. *Drongo a raquettes*; »ex Malabaria, a Sonneratio allatus». = Lan. malabaricus Gm. — Lath. n:o 2 (ex Sonnerat); — Dierurus malab. Vieill. l. c. — Edolius mal. Cuv. — Bp. Csp. 351; — Dissemurus malab. Cab. Mus. Hein. 112, in nota.

176. *Drongo bronzé*; »Bengalia»; — Dierurus aeneus Vieill. Enc. 752; — Sundev. Calcutta, loco nuper citato, n:o 10; — Chaptia aenea Hodgs. — Bp. Csp. 350.

177. LAVANDIERE BRUNE; in colonia et circa urbem capensem. — Motacilla capensis L. XII (Briss. III, 476); — Lath. n:o 10. et omn.

178. AGUIMP ou Lav. pie; tantum in Namaqua, non intra coloniam. — Motacilla vidua, var. major (ex Caffraria) Sundev. Öfv. 1850, 128. — Mot. vaillantii Cab. Mus. Hein. 13. — Habetur Mot. capensis adulta Licht. Cat. 35, at certe non, utpote non simul intra coloniam habitantes. Ambae vero circa Port Natal inveniuntur.

179. (Lavandière variée); »in Caffraria»; »pedes breviores habet arboresque insidet». — Est avis indica, certe non in Africa inventa: — Motacilla variegata Vieill. Enc. 408 (ex L. V.); — Nemoricola indica Bp. Csp. 251.

180. TRAQUET PÂTRE; in colonia et circa urbem frequens. — Muscicapa torquata Linn. XII (Briss. II, 379; ex Cap); — Lath. Musc. n:o 3; — Saxicola rubicola var. capensis Vieill. Enc. 491; — Sax. pastor Voigt. Regne An. (ex L. V.). — Praticola sibilla Cab. Mus. Hein. 10; — Bp. 304. — Sed observandum est: Mot. sibilla Linn. XII (ex Briss. III, 439); Lth. Sylvia 50; ex Madagascaria dicitur. Nescio an differat; sed interea, dum probetur eandem esse, sp. capensis tutius dicenda est: Praticola torquata (Linn.).

181. TRAQUET IMITATEUR; »prope urbem et ubique frequens; bene canit». — Sylvia hottentotta (Gm.); Lath. 82 (Grand Motteux Buff.); — S. pileata (Gm.); Lath. 84 (Deser. orig. in Lath. Gen. Syn.); — Saxie. pileata Licht. Cat. 32; — Typus gen: Campicolæ Sw. Z. Journ. 1827; quod in Sw. Classif. improbatur. — Campie. pileata Mus. Hein. 10; — Bp. Csp. 304. — (Non male Sax. hottentotta dicenda).

182. Eadem, junior.

183. TRAQUET FAMILIER; »Cap, Namaqua»; — Sylvia sperata (Gm.) Lth. 51 (ex Buff. Traq. du Cap de B. E.); — Vieill. Enc. 489 (Lth. et L. V.); — Sax. familiaris Steph.; — Voigt. R. A. (ex L. V.); — Smith Ill.; enum. sub n:o 28; — Saxie. n:o 9 et 25 Bp. Csp. 303. — Luscinia (Ruticilla) sperata nob. *). — Erythropygia galtoni Strickl., Andersson,

*) Alia sp. affinis, Lusc. sinuata nob., circa urbem capensem invenitur, cui Remex 2:da, sinu pogonii interni profundo, apice angustata est. Qui character etiam in pullulo nuper plumato appetet.

Contrib. 1852, ex reg. Damara, vix distincta haberri potest. Est enim levis varietas, coloribus in climate sicco paullo lætioribus factis.

184: 1. TRACTRAC. »In Houtniqua frequens; frutices plerumque insidens. — *Sylvia cinerea* Vieill. Enc. n:o 243 (ex L. V.); — *Saxicola levaillantii* Smith Ill., Enum. sub n:o 28. — *Dromolæa cinerea* Bp. Csp. 302.

184: 2. TRAQUET MONTAGNARD; in rupibus terræ Namaquorum. — *Sylvia monticola* Vieill. Enc. 233 (ex L. V.); — Bp. Csp. 302; — Cab. M. H. 9.

185. Eadem juvenilis et intermedia.

186. TRAQUET FOURMILIER ♂; in colonia orientali et Caffraria. — *Sylvia formicivora* Vieill. Enc. n:o 210 (ex L. V.); — *Saxicola leucoptera* Sw. Two Cent. 292; — *Myrmecocichla formicivora* Cab. M. Hein. 8; — Bp. Csp. 302.

187. Ejusdem femina.

188: fig. 1, inf. (Traquet à cul roux); »ex Bengalia et a L. V. ipso apud Caffros inventa». — *Sylvia rufiventris* Vieill. Enc. (ex L. V.); — *Ruticilla rufiventris* Cab. Mus. Hein. 40, nota: avis mere indica.

188: fig. 2, superior (Traquet à queue striée); ut præc. »ex Bengalia, et a L. V. in Caffraria inventa» dicitur; nidus insuper, ova et vox describuntur! Est vero avis Javana certe non in Africa inventa: — *Motacilla fulicata* L. XII (ex Briss.); — *Sylvia ful. Lth.* n:o 53; — *Thamnobia fulicata* Cab. M. Hein. 40.

189. (Traq. commandeur); »in terra Namaq. usque ad 28° lat. (i. e. usque ad fl. Gariep) a L. V. inventa»; »sed etiam ex Malimbe allata». — Specimen unicum mihi, ut Hartlaubio, cognitum, in museo Leydensi asservatum, jam a L. V. (»dans le Cabinet de M:r Temminck») memoratum, ex Malimbe a Perreinio allatum erat; hanc vero avem apud Namaquas inventari, tuto inter fabulas rejici potest. — *Sylvia nigra* Vieill. Enc. n:o 226 (ex L. V.; sed descr. cum sequentis confusa); — *Myrmecocichla nigra* Cab. M. Hein. 8, nota; — Bp. Csp. 302.

190. ? Traq. coureur. »In campis apricis Africæ meridionalis; plerumque currens; mira calliditate venatorem decipiens». — Avis mihi ignota et dubia, utpote a nemine post L. V. inventa videatur. — Nominata est: *Sylvia cursoria* Vieill. Enc. n:o 244; — *Saxicola cursus* Smith Ill. enum. sub n:o 28; et — Gray, Gen. (ex L. V.). — Nullibi vero specimina hujus avis inveni. Illa quæ, in Cab. Mus. Hein. 9, *Dromolæa cursoria* nomine appellantur mihi sunt ignota, sed signum ?, ad citationem LeV:tii positum, ostendit ea differre, et illa in M. Berolinensi, longe ab iconে Levaillantii differunt. Hæc vero icon colore similis est *Saxicola leucurus* adultæ (pileo albo) in Nubia et Sennaria vulgaris. Hæc igitur avis interea inter dubias relinquenda est, ut melius innotescat.

191. (Tracal); Namaqua, æstate, migratoria. Nidus et ova, ibi inventa, moresque describuntur. Tamen avis maxime dubia et potius fabulosa mihi videtur. Appellata est *Alauda nigra* Steph. (ex L. V.); — hinc *Melanocorypha nigra* Gray Gen. — *Alauda tracaloides* Voigt Cuviers Thierr. (ex L. V.). — Dubia, citata in Cuv. R. An. 1817, 378 nota. —

Esse Alaudam tartaricam Pall., ex Tartaria, minimeque ex Africa, credunt Bonaparte, Csp. 242, et Cabanis, M. Hein. 124, signo tamen? apposito. — Eandem sententiam definitius professus est J. Verreaux. — Mihi non dubium videtur, avem ex specimine asiatico pictam et descriptam esse. Pedes quidem, in icona, ungue postico curvato differre viderentur; sed in descriptione unguis rectus expressis verbis describitur. L. V. forte in Africa viderat Al. nigricantem nostram, Öfv. 1850, 99, quae tamen pedibus multo altioribus, gastræo albo et cet. ab icona et descriptione L.V:ii longe differt.

192. SIRLI; intra coloniam capensem. — Alauda africana Lath. (Sirli Buff. èt Pl. Enl. 712); — Certhilauda afr. Sw. — Bp. Csp. 246; — Chersomanes afr. Mus. Hein. 126 nota.

193. ALOUETTE à GROS BEC; in colonia, etiam circa urbem frequens. — Alauda crassirostris Vieill. Enc. 323 (ex L. V.); — Megalophonous crassir. Bp. Csp. 243; — Al. magnirostris Voigt. Cuv.

194. AL. BATELEUSE; in campis aridis coloniæ capensis. — Alauda apiata Vieill. Enc. 321 (ex L. V.). — Al. præstigiatrix Voigt Cuv. — Brachonyx (Sw.) apiata Smith Ill. 110, 1. — Megalophonous (typus generis) Gray List 1841, 62; — M. apiata Bp. Csp. 244.

195. ALOUETTE SENTINELLE; Cap, frequens, et usque in Caffrariam. — Alauda capensis L. XII (Briss. III, 364); — Lth. n:o 20 (Pl. Enl. 504, 2). — Macronyx (Sw.) capensis Bp. Csp. 247; — Cab. M. Hein. 15.

196. Femina præcedentis.

197. AL. à DOS ROUX; intra fines coloniæ frequens. — Alauda pyrrhonota Vieill. Enc. 322 (ex L. V.; non vero A. pyrrhonota Smith Ill. 110, de qua conf. Sundev. Öfv. 1850, 100). — Al. codea Sm. Ill. 87; — Al. albescens Lafr. R. Z. 1839.

198. ? Al. a calotte rousse; in desertis terræ Namaquorum. — Sp. mihi ignota; — Al. rufipilea Vieill. Enc. 322 (ex L. V.); — Bp. Csp. 243. — A. ruficapilla Steph. An. Kingd. et Voigt Cuv. (ex L. V.). — Haec sp. post L. V. non inventa videtur. Sat affinis videtur Al. fasciolatae nob. Öfv. 1850, 99 (A. pyrrhonotæ Sm.); sed differt pileo definito, rufo, maculis gastræi aliter dispositis, ungue postico multo longiore, tota statura majore et cet. — In museo Leydensi specimen antiquum adest Al. rufopalliatæ Lafr. (semitorquatæ Sm.; Bp. 246), nomine Levaillantiano signatum; quod vero adhuc magis a deser. et icona L.V:ii differt: statura magna, superciliis latis, albidis, rostro longo, curvato etc.

199. PETITE ALOUETTE à TÊTE ROUX; in colonia orientem versus; — Alauda cinerea Lath. 23 (ex Cendrille Buff.); — Bp. Csp. 244; — Calandritis cinerea Cab. M. Hein. 122.

TOME 5. 1806.

200, 201. COUCOU VULG. D'AFRIQUE; Camdebo et Caffr. merid., frequens; — *Cuculus gularis* Steph. (ex L. V.); — Hartl. W. Afr. 189; — sp. vix ab europaea distincta.

202, 203. *Coucou vulg. d'Europe*; — *Cuculus canorus* L. ex specimine europaeo.

204, 205. COUCOU CRIARD, male; in coloniae parte orientali et in Caffraria. — *Cuc. clamosus* Lath. Suppl. II (ex L. V. Voy. II, p. 6); — Cuv. R. An. 1817. — (An etiam *C. nigricans* Sw. W. Afr. II, 180; — Hartl. 190?).

206. COUCOU SOLITAIRE; in colonia orientali et Caffraria; — *Cuc. capensis* Lath. n:o 2 (ex Buff., Coucou de Cap, et Pl. Enl. 390, pessime colorata); — *C. solitarius* Cuv. R. A. — Vieill. N. D., et Enc. 1336 (ex L. V.). — (An etiam *C. rubiculus* Sw. W. Afr. II, 181; — Hartl. 190?).

207. COUCOU EDOLIO, male [gastræo nigro]; intra coloniam frequens; — *Cuculus serratus* Sparrm. Mus. Carlss. 3; — Lath. 12; — *Oxylophus serr.* Gray Gen.; — Bp. Csp. 102; — Hartl. W. Afr. 267.

208. *C. edolio*, femelle [gastræo albo]. Habetur ♀ præc:s; sed specimina utriusque sexus, subtus alba, et alia, utr. sexus, subtus nigra habemus; inter quæ 3 juniora; alterum masculinum, alterum sexu incerto, subtus nigra; tertium, sexu incertum, subtus album. Coloris igitur differentia neque sexum neque ætatem designare videtur; quam etiam sententiam habet J. Verreaux. Ulterius igitur perlustrandum est an re vera unius sint avis speciei. — Specimina subtus alba, sunt *C. melanoleucus* Lth. 13 (Buff. et Pl. Enl. 872, ex Coromandelia); — *C. serratus* ♀ Bp. l. c. — Hartl. l. c. — Specimina subtus alba e Sennaria et ex India (Bombay) habemus, sexu vero ignota.

209. Variété du *Coucou edolio*; »ex Africa æquatoriali loco incerto«; — *C. ater* Steph. (ex L. V.); — *Oxylophus ater* Bp. Csp. 102; — Hartl. W. Afr. 188; — *Cuc. afer* Leach Z. Misc. (1814) I, 71, t. 31 (nec *C. afer* Lth. = *Leptosomus* rec.); — *Oxyl. vallantii* Sw. — Hanc avem e Caffraria superiore, in regione fluvii Limpopo occisa, nobis attulit J. Wahlberg.

210, 211. COUCOU DIDRIC ♂ et ♀; e Namaqua minore, Colonia orientali et Caffraria; — *C. auratus* Lth. 27 (Buff. et Pl. Enl. 527); — *Chrysococcyx auratus* Bp. Csp. 105; — Hartl. W. Afr. 191. — Obs. Specimina e Sennaria allata paullo minora sunt; alias vero vix differunt.

212. COUCOU DE KLAAS; Platte riv. in col. capensi; — *Cuc. klaasii* Vieill. Enc. 1333; — *Chrysococcyx klaasii* Sw. — Hartl. W. Afr. 190.

213. (*C. a collier blanc*); »ex Coromandelia (Buff.), Senegal et Afr. meridionali«; ubi eum, in colonia orientali, ad Zwartekop et Sontags revier, ipse occidisse dicit L. V.; quod vero credere non possumus, avis enim tantummodo in India inventa est. — *Cuc. coromandus* L. XII (ex Briss.); — Lath. 30 (Pl. El. 274, 2); — *Oxylophus cor.* Bp. Csp. 102; — *Cuc. collaris*. Vieill. Enc. 1333 (ex L. V.).

214. (Coucou a gros bec). L. V. dicit, se ipsum, marem et feminam (colore similes!) prope flumen Groote Vishrevier »ultra Namaquas« (i. e. prope tropicum Capricorni) occidisse. Hæc vero avis est *Cuculus niger* L. X et XII (ex Edw. 58); — *Eudynamis niger* Bp. 101; — incola sat vulgaris Bengaliæ, minime vero in Africa inventus; estque tantummodo *mas* hujus speciei; *femina* enim, longe aliter colorata, a L. V. ipso, mox infra (n:o 216) ut distincta species proponitur. Auctor igitur h. l. ipse prodit mendam veritatis.

215. *Coucou gris bronzé*; ex Malimbe in regno Congo allatus. — *Cuculus æreus* Vieill. Enc. 1333 (ex L. V.); — *Zanclostomus flavirostris* Sw. W. Afr.; — *Z. æreus* Hartl. W. Afr. 188. — Obs. Forma huic maxime affinis, sed colore paullo magis virescente et gutture albido agnoscenda, in Caffraria frequenter obvenit; quam vero specie non distinctam habet Hartlaub l. c. Ipse specimina ex Congo non vidi.

216. (Coucou tachirou); in Namaqua minore (inter coloniam et Gariep) L. V. ipse »5 specimina adulta, mares et feminas« occidisse dicit, »colore parum dissimiles«; nec deest historia de vitæ ratione. Avis vero descripta et picta est *femina* *Cuc. nigri*, supra n:o 214; ex India.

217. (Coua), mâle; a L. V. ipso in Africa meridionali, loco non indicato, inventus dicitur, seque nidum cum pullulis 4 invenisse perhibet. Avem vero præterea in Madagascar, India et prope Senegal cognitam dicit. Est vero — *Cuculus cristatus* L. XII (ex Briss. »Coua«); — *Coua crist.* Cuv. — Bp. Csp. 109; — *Sericosomus crist.* Sw. Classif. — Certe nullibi, nisi in insula Madagascar, quærendus.

218. (Coua taitsou) mâle; »ex Madagascar Buff.« et »in sylvis magnis Caffrariae a L. V. ipso inventus«; qui historiam de sono et cet. narrat. Est — *Cuc. cœruleus* L. (ex Briss.); — *Sericosomus rec.* — Bp. l. c.; ut præcedens, tantummodo incola Madagascarie.

219. Coucal houhou; »in Caffraria et in colonia orientali: Camdebo, Gamtoo«, a L. V. ipso inventus, et præterea in regione Senegalensi, Egypto et India cognitus, perhibetur. — Non impossibile videtur auctorem nostrum, in locis indicatis, invenisse avem, in Caffraria superiore, etiam circa Port Natal non rarum, quæ hodie *Centropus burchelli* (Sw. Two Cent. 121) dicitur, quam vero nos, ex illis terris quas visitaverat L. V., non vidimus; — neque admirandum est si L. V. aves inter se simillimas, forte non specificie separandas, senegalensem, aëgypticam et caffram, non distinxisse; sed pro certo tradere possumus eum non formam caffram, sed senegalensem, descripsisse et pinxisse; quæ abdomine pennisque cubiti ultimis, transversim, crebre fusco-striatis, semper agnoscitur. Hæc vero est: — *Cuc. senegalensis* L. XII (ex Briss. IV, 120, sp. 7); — *Lath. 19*; — *Centropus seneg.* Sw. — et Hartl. W. Afr. 187.

220. COUCAL NOIROU; ad Zwart-revier in colonia orientali; »carnivorus«. — *Centropus nigrorufus* Cuv. R. A. 1817; — Bp. Csp. 107; — *Corydonyx bicolor* Vieill. Enc. 1354. — Hunc sine dubio ipse invenit L. V., sexus vero perverse describit. Nam ex speciminibus numerosis, a J. Wahlberg allatis, adcurate determinatis, prodit, feminam mare majorem esse. L. V. vero expressis verbis dicit feminam esse majorem.

221. (Coucal rufin) mâle; juxta flumen »Groote Vish revier» inventus; incertum vero est, utrum fluuen sit in terra namaquorum, an flumen ejusdem nominis in finibus Caffrariæ situm. Avis quoque hodie in Africa ignota est, sed icon non male repræsentat juvenem Centrop. affinis. Horsf. ex Java. Hunc igitur a L. V. descriptum credimus.

222. (! Coucal negre) mâle. »In silvis magnis Caffrariæ», ubi 5 specimina, mares et feminas, occidisse dicit L. V. Nidum et ova, vocem motusque describit. Avem vero compositam esse, ingenue prodidit pictor adcuratissimus. Nam alæ iconis minime referunt alas avis cuculinæ; sunt enim alæ avis oscininæ, et quidem certe Turdi merulæ!

223. *Coucal géant*; ex Australia. — Cuc. phasianus Lath. Suppl. Ind:s; — Centropus phas. Gould, Av. Austr. — Bp. Csp. 108.

224. *Malcoha*; Ceylon; — Cuc. pyrrhocephalus Forst. Zool. Ind.; — Lath. 47; — Phænicophæus! pyrrhoc. Vieill. Enc. 1340; — Bp. Csp. 98; — Melias (typus gen:s), Gloger.

225. *Malcoha rouverdin*; »Ceylon»; — Phænicophæus viridis Vieill. N. D.; et Enc. 1340 (ex L. V.); — Melias viridis Less. Man. 127; — Tr. 131. — Avis tamen non ex insula Ceylon orta videtur; certius vero ex Java, ubi frequentius invenitur: = Phæn. melanognathus Horsf. L. Tr. XIII, 178 — Ph. viridirufus Bp. Csp. 98.

226—7. (Vourougndriou) mâle; »ex Madagascar et in silvis magnis Caffrariæ». ubi »semper pullos 2, in societate parentum» se vidisse narrat. Est vero avis exclusive madagascariensis, = Cuculus afer Gm. — Lth. 34 (ex Briss. IV, 160, sp. 28: «Vourougndriou, ♂, et Cromb, ♀»); — Leptosomus viridis Vieill. Enc. 1342; — Galerie 40; — Leptosoma afer Bp. Csp. 96.

228—29. COUROUCOU NARINA ♂ et ♀; in Caffraria et Colonia orientali (Houtniqua); — Trogon narina Vieill. N. D. et Enc. 1360 (ex L. V.); — Apaloderma narina Sw. Classif. — Bp. Csp. 150.

230. *Calao caronculé*; ex Senegambia et Abyssinia; »non in Afr. merid. inventus». — Buceros abyssinicus Gm. — Lath. n:o 4 (Pl. Enl. 779 et Buff.); — Buc. carunculatus Wagl. Syst. n:o 6; — Bucorvus! (sp. typica Less.) abyss. Bp. Csp. 89; — Bucorax abyss. Sundev. Öfv. 1849, 161, sub n:o 16; — Hartl. W. Afr. 165. — Avis deinde in Caffraria superiore, a Wahlbergio inventa, non vero intra coloniam capensem querenda.

231 et 232. Caput ejusdem, senioris et junioris.

Calao brac (p. 113: descr. sine icono); patria ignota. — Avis dubia, tantum ex descriptione Labatii cognita, quam, ut ulterius inquiratur, hoc loco memorat auctor, simulque ut saepè alibi, auctores vehementer reprehendit, qui confusionem in cognitione animalium afferunt!

233. *Calao longibandes*; ex Angola. — Buceros fasciatus Sh. et melanoleucus Vieill. Enc. 401 (ex L. V.). — Wagl. Syst. n:o 16; — Bp. Csp. 91.

234. CALAO COURONNÉ ♂, e Caffraria et Colonia orientali; — Buc. coronatus Sh. (ex L. V.); — Vieill. Enc. 401; — Wagl. Syst. n:o 17; — »B. melanoleucus Licht. Cat.»

[p. 21, absq. descriptione; nec adest cit. L.V:tii] Gray Gen.; indeque — Bp. Csp. 91. — Avis circa Port Natal non rara.

235. Idem junior.

236—7. *Calao nasique*, ex Senegalia. — *Buceros nasutus* L. XII (ex Briss. IV, 573 sp. 5); — Bp. Csp. 91; — Hartl. W. Afr. 164. — Varietas hujus deinde in Caffraria superiore inventa; v. Sundev. Öfv. 1850, 108 (B. epiphinus), aliaque in Sennaria, v. ibid. p. 130. — Feminæ semper a masculis differunt rostro ex parte rubro (v. loc. citt.) = B. pæcilorhynchus Lafr. R. Z. 1839, 257; — Bp. et Hartl. l. cit.

238. *Calao toc*, ex Senegalia. — *Buc. erythrorhynchus* Temm. Conspp. generis ad Pl. Col. 210; — Wagl. Syst. n:o 20; — Hartl. W. Afr. 165. — Obs. L. V. et auctores reliqui tantum varietatem senegalensem describunt. Deinde vero hujus, ut praecedentis, varietates inventæ sunt in Caffraria et in Sennaaria; de quibus conf. Sundev. Öfv. 1850, 108 et 130.

239. *Calao javan*, »e Java vel India»; — *Buceros plicatus* Lath. n:o 12; — Wagl. Syst. n:o 9; — Bp. Csp. 90; — ex Java.

240. *Calao a casque plat*; »patria ignota»; — *Buc. hydrocorax* L. XII; — Lath. n:o 7; — Bp. Csp. 89. — Ex Ins. Philippinis.

241: 1. GRAND INDICATEUR »mâle»; ex Houtniqua et Caffraria. — *Indicator flavicollis* Sw. W. Afr. II, 198. — *Ind. major* Steph. et Vieill. Galerie 45 (sed non Enc. 1350, ubi *Cuc. indicator* L., *Ind. albirostris* Temm. describitur); — Hartl. W. Afr. 183 (»senior»).

241: 2. GR. INDICATEUR »femelle», cum priore inventa. — Hæc avis certe non est femina praecedentis; utrumque enim sexum utriusque sp. habemus. Recentiores vero crediderunt, hanc (avem maculatam) esse juniorem praecedentis. Sed inter specimina multa sp. praecedentis (*Ind. flavicollis* Sw.) quæ nobis attulit J. Wahlberg, unum juvenile videtur, ab adultis colore impuro, rostro paullo debiliore et plumis rarius radiatis differens, illis vero picturâ simile, nisi quod flavedo juguli obsoleta sit. Præterea: specimina 4 hujus sp. (maculatae), omnia speciem avium adultarum præ se ferunt. Horum tria majo et junio occisa sunt; 4:tum vero, masculinum, d. 14 septembribus necatum, testes tumidos habuit, quod in schedula affixa notavit Wahlberg. Haud igitur avis juvenilis erat. In super pictura alarum et uropygii ostendit has aves specificie differre. Avem igitur, a L. V. pro femina *Ind. flavicollis* habitam, speciem bene distinctam esse credimus, cui nomina sunt: — *Ind. variegatus* Less. Tr. 155; — Guérin Iconogr. Ois. tab. 32 fig. 2; — *Ind. maculicollis* Sundev. Öfv. 1850, 109; — *I. sparrmanni* Leadb. Linn. Trans. XVI: 1 (1825: non vero *I. sparrmanni* Steph., qui est *Ind. minor* Cuv.); — *I. levallantii* Bp. Csp. 100 (non vero *I. lev.* Temm.); — *Ind. major*: »junior» Hartl. W. Afr. 183. — Suspicio, causam, cur hæc avis juvenis praecedentis (*I. flavicollis*) haberetur, esse maculas fuscas, irregulares, quæ sæpe in gula (superiore) *Ind. flavicollis* adsunt. Horum natura et ratio propria mihi ignota est; sed multo magis affinitatem cum *I. albirostri*, quam cum *I. flavicollis* ostendunt.

242. PETIT INDICATEUR; in colonia orientali et Namaqua; — *Indicator minor* Vieill. N. D. — et Enc. 1350 (ex L. V.). — Cuv. R. A. 1817; — Hartl. W. Afr. 184.

243. MARTINET A GORGE BLANCHE; intra coloniam capensem; — *Hirundo melba* L. X et XII (ex Edw. 27); — Lath. 33, var.; — *Cypselus melba* Bp. Csp. 65. — *Cyps. gutturalis* Vieill. Enc. 534, ex L. V.: ergo nomen proprium avi capensi, quæ vero ab europaea non differre mihi videtur.

244: 1. Martinet a croupion blanc; »in colonia et circa urbem frequens». = *Hirundo nigra* Vieill. Enc. 525 (ex L. V.); — *Cyps. leucorrhous* Steph.; — Bp. Csp. 65 (etiam unice ex L. V.). — Hæc vero avis, a nemine post L. V. visa, non alia esse potest nisi *Cypselus caffer* Licht. Cat. 58; — *C. pygargus* Temm. Col. 460, 1; — Bp. Csp. 65; — quæ avis, ab omnibus ornithologis capensis non solum prope urbem, sed per totam Africam meridionalem, vulgaris inventa est; quæ vero a L. V. nullo verbo memorata est, nisi descriptione et icone, hoc loco expositis, nullam aliam *Cypseli* speciem, nobis cognitam, exhibentibus. Avis igitur: *Cypselus caffer* dicenda est; nomina vero a Vieillot et Stephens, iconi falsæ, vel saltem dubiae, data, omnino sunt negligenda.

244: 2. (Martin velocifere); »in Houtniqua, tempore pluvioso»; »ibi haud nidificans»; = *Hirundo velox* Vieill. Enc. 530, — Atticora Bp. Csp. 337; — unice ex opere L. V. cognita. Hæc avis, cum a nemine post L. V. inventa sit, maxime suspicor, L. V. in terra citata Hirundinem quandam, totam nigram, volantem vidisse, quam *Cypselum* credit, qua vero non potitus est; eum vero iconem deinde finxisse. *Cypselus* enim tam parvus et totus niger, non cognitus est. — *Hirundo* vero quam vidisset, vix alia esse potuit, quam *H. holomelas* nob. Öfv. 1850, 108, — *Psalidoprocne cypselina* Cab. M. Hein. 48; — quam nos deinde ex ipsa terra Houtniqua accepimus; — vel forte *H. atrocærulea* nob. l. c. 107, circa Port Natal frequens; quæ vero utraque sunt veræ Hirundines (vel »Atticoræ» rec.): pedibus nudis, caudaque longe ultra alas extensa instructæ. Avis autem L.V:tii non solum nomine gallico *Cypseli* (»Martinet») appellatur, sed etiam (Vol. V, p. 147) inter *Cypselos* enumeratur, quos L. V. diligenter ab Hirundinibus distinguit: (V, 149 »Des Hirondelles«). Pedes brevissimi et plumati exhibentur et cauda, etsi valde furcata, in icone et in descriptione brevis exponitur; vel potius: alæ tamen longæ exhibentur, ut caudam, longe furcatam, »unciis 2 excedant». Hæc igitur icon ita facta mihi videtur, ut ideam aviculae summæ in volando velocitatis exhiberet.

245: 1. Hirondelle rousseline mâle; »ubique in colonia capensi, locis cultis, frequens». Nil alii esse potest nisi avis, in Africa meridionali et circa urbem capensem frequens: *Hirundo capensis* Gm.; — Lath. n:o 6 (ex Pl. Enl. 723, 2, et Buff. Variété n:o 6 de l'Hir. domestique); — Bp. Csp. 339. Icon et descriptio maris, apud L. V., præsertim differunt pileo nigro; sed femina, non pieta, in descriptione similis dicitur iconi citatæ Buffoni (Enl. 723, 2). Credi igitur licet, marem descriptum fuisse avem compositam, quæ hodie dubia et laborem inutilem, sed necessarium attulit.

245: 2. Hir. a front roux; »in Africa meridionali, tempore pluvioso; ibi non nidificans». »Praeterea e regione senegalensi cognita». — Hæc sp., non minus quam præcedentes, dubia fuit erroresque creavit; sed, ut præcedens, non potest esse alia, quam *Hirundo rufifrons* Licht. Cat. 1842; — *H. albigula* Bp. Csp. 338; — sp. intra coloniam, etiam prope urbem, frequens, quæ ornithologo, 4½ annos in Africa meridionali degenti, ignota esse nequivit. Icon vero L.V:tii peccat gula quoque nigra; quæ menda descriptione levi

affirmatur. — Icon L.V:tii nominata est: *Hirundo rufifrons* Vieill. N. Dict., — Enc. 524 (unice ex L. V.); — Bp. Csp. 338 (cum lapsu cit:s Viellotii). — Effatum L.V:tii, avem quoque prope Senegal inveniri, hodie non affirmari videtur; avis enim in opere egregio Hartlaubii: *Ornith. Westafricas*, non enumeratur.

246: 1. **HIRONDELLE FAUVE**; »intra coloniam capensem, æstate frequens; ibi nidificans»; — *Hirundo fuligula* Licht. Cat. 1842, 18; — *Cotyle fuligula* Bp. Csp. 342.

246: 2. **HIR. DE MARAIS**; ut præcedens; frequens; — *Hirundo paludicola* Vieill. Enc. 523 (ex L. V.); — *Cotyle palud.* Bp. Csp. 342.

247. (*Hirondelle houppée*); in terra Namaquorum, migrans; nec ibi nidificans. — *Hirundo cristata* Vieill. Enc. 525 (ex L. V.). — A nemine post L. V. inventa videtur et certe inter aves pseudocapenses numeranda. Opinionem suggessit J. Verreaux, hanc esse avem indicam, *Dendrochelidon schisticolor* a Bonaparte, Conspl. 66, vocatam, descriptione et icone paullum mancis. Crista vel arte apposita, vel e plumis paucis, læsione quadam cutis, inversis, oritur.

TOME 6; 1808.

248, 249. **PIC OLIVE ♂ et ♀**; intra coloniam, ad orientem; — *Picus capensis* Gm.; — Lath. 37; — *P. caniceps* Wagl. Syst. n:o 46; — *Dendrobates* n:o 17 Bp. Csp. 125.

250. **PIC TIGRÉ**; »Houtniqua, Senegal et Nubia»; — *Picus notatus* Licht. Cat. p. 11; — Wagl. Syst. 35; — *Dendrobates*, Bp. 123.

251, 252. **PIC A DOUBLE MOUSTACHE ♂, ♀**; »in Caffraria frequens»; — *Picus mystaceus* Vieill. N. D.; et Enc. 1307 (ex L. V.); — *P. namaqua* Licht. Cat.; — *P. biarmicus!* Wagl. Syst. n:o 44; — *Dendrobates namaquus* Bp. Csp. 124.

253. **PIC A BAGUETTES D'OR**; »in silvis coloniæ capensis»; — *Picus fulviscapus* Ill. Wagl. Syst. n:o 45; — *Dendrobates*, Bp. Csp. 124.

254, 255. **PIC LABOUREUR ♂, ♀**; per coloniam, in aridis, montosis, etiam circa urbem frequens; terrestris, gregarius, numquam scandens»; — *Picus olivaceus* Lath. 54; — *P. arator* Cuv. R. A. 1817; — Wagl. Syst. n:o 86; — *Geocolaptes arator* Bp. Csp. 113.

256. **COLIOU RAYÉ**; »in colonia capensi, circa urbem vulgaris»; — *Colius striatus* Gm.; Lath. n:o 4 (Coliou rayé Buff.); — Bp. Csp. 86; — *C. panayensis* Gm.; Lth. 5 (ex Sonnerat, Voy. N. Guin. 116, tab. 74, ubi falso ex ins. Philipp. Panay! allatus dicitur).

257. **COLIOU A DOS BLANC**; »in Caffraria et colonia orientali»; — *Loxia colius* L. XII (ex Briss. III, 304, t. 16, fig. 2, »Colius»); — hinc: *Colius capensis* Gm.; — Lath. n:o 1; — *C. erythropus* Gm. (ex Lath. G. Syn. II, 100, tab. 41; Whitebacked Coly); — *C. leuconotus* Lath. n:o 3.

258. **COLIOU QUIRIVA**; »habitat cum præcedente»; — *Colius indicus!* Lath. n:o 7 (Gen. Syn. Suppl. ex pictura a Paterson missa); — Bp. Csp. 86; — *C. erythromelon*

Vieill. Enc. 865 (ex L. V. etsi citatio ejus omissa); — C. quiriva Rüppell Monogr. (Mus. Senk. III) n:o 5.

259. *Coliou rayé à gorge noire*, ex Angola et Malimbe; — *Colius nigricollis* Vieill. N. D.; — Enc. 865 (ex L. V.); — Bp. Csp. 86; — *C. gularis* Voigt, Cuv.

260. (Loriodor); »in Caffraria, auctumno, in migratione inventus»; — *Oriolus auratus* Vieill. N. Dict. et Enc. p. 695 (ex L. V.); — Bp. Csp. 248; — Cab. Mus. Hein. 209. — *Oriolus bicolor* Licht. Cat. p. 20 (c. Cit. »*Loriot bicolor*« *) Temm. Cat. 1807, 202); — Wagl. Syst. n:o 4; — Hartl. W. Afr. 80. — Haec Orioli sp. inhabitat Africam tropicam superiorem, ab Abyssinia ad Senegalem; sed a nemine, praeter L. V., incola Africae meridionalis perhibetur. Auctorem vero nostrum, h. l., ut saepe, fabulam narravisse, eo tutius dicere possumus, quod aves migratoriae non polum versus, hieme, migrare soleant.

Obs. Wagler l. c. observavit »*Turdum flavum auctorum*« ex China, hanc forte esse avem, quod vero minus probabile videtur. *T. flavus* Gm.; — Lth. 72 (ex Merle jaune de la Chine, Sonnerat It. Ind. II, 195) tam leviter descriptus est ut certe determinari nequeat; præterea, verba: »scapi plumarum albi« minus bene cum *Oriolis* convenient.

261, 262. *LORIOT COUDOUGNAN* ♂ ♀; »in Caffraria et in colonia orientali, nidificans«; »etiam in Abyssinia et ad Senegal«; — *Oriolus larvatus* Licht. Cat. 20; — Bp. Csp. 347; — Cab. Mus. Hein. 210; — Hartl. W. Afr. 81. — *O. monachus* Wagl. Syst. n:o 7.

263. (Loriot rieur); in Africa meridionali ad orientem, sub migratione autumnali, a L. V. ipso visus et occisus dicitur; quod vero inter fabulas ejus vulgares numerandum est. Avis enim tantummodo Indianum colit, ubi vero frequens reperitur. — *Oriolus melanoccephalus* Linn. (Edw. 77); — Bp. Csp. 346; — Mus. Hein. 210. — *O. galbula* β et γ Lath.

264. RAMERON; Houtniqua; — *Columba arquatrix* Temm. Pig. — Wagl. Syst. n:o 50.

265. RAMIER ROUSSARD; per totam Coloniam capensem; — *Columba trigonigera* Wagl. n:o 51; — Bp. Csp. II, 50; — quæ forma meridionalis paullum sane a sennarii-senegalensi, *C. guinea* L. X (Edw. 75), differt, ideoque a Bp. sp. propria habetur.

266. (Rainier Founingo); ex insula Madagascar a Brissonio descripta; sed »mense februario, silvas Caffrariae, migrans visitat«. In historia hujus avis L. V. non, ut solet, expressis verbis, se ipsum dicit avem vidisse; sed vocem et modum, quo se inter frondes arborum celat, describit. Tamen postulari potest hanc avem non in Africa visam fuisse. — Est: *Columba madagascariensis* Linn. XII (Briss. I, 140, sp. 36); — Lath. 40 (Buff.); — Bp. Csp. II, 29. — *C. phoenicura* Wagl. Syst. n:o 23.

267. (Rainier hérisonné); »in Namaqua majore, hieme, gregaria migrans, non igitur nidificans«; »ibi vero L. V. ipse avem vidit et 5 specimina occidit«; »etiam prope Senegal inventa«; — quæ omnia inter fabulas numeranda sunt. Avis enim, non nisi ex insula Mauritio (seu Ile de France) cognita, est: *Columba franciae* Gm. — Lath. 42 (ex Son-

*) Observandum est nomen »*Loriot bicolor*« esse nomen gallicum, nec majorem vim habere in nomenclaturam systematicam determinandam, quam nomina gallica vel barbara a Le Vaillantio vel Buffonio, anglica etc. a Lathamo, Edwardsio et plur. — brasiliiana, a Maregravio e. s. p. data. Ergo nomen *Oriolus auratus* antiquius est nomine *O. bicolor*.

nerat It. Ind. II, 176, tab. 101); — Col. jubata Wagl. n:o 22; — Electroenas nitidissima Bp. Csp. II, 29.

268. ? Tourterelle blonde; Namaqua. — Hæc pro stirpe fera Col. risoriæ describitur; sed vereor ut omnia h. l. recta sint. L. V. hanc avem describit: minorem, quam sp. affinem, circa urbem capensem vulgarem (v. infra »autre espèce»), dorso levissime isabellico tincto et cet. Sed in Africa meridionali, præter capensem, mox infra memorandam, duas tantum Columbas novimus, huic affines, ambas vero capensi multo majores. Altera, e Caffraria, obscurior, est Col. erythrophrys Sw. — Bp. Csp. II, 63; — Hartl. W. Afr. 195. — Altera, ex terra Damarensi (juxta t. Namaquarum), fere æque magna, sed multo pallidior. Hæc, præter magnitudinem, quodammodo cum descriptione L.V:ii conveniens, vocata est C. vinacea, Strickl. Anderson, Contrib. 1852 (non vero C. vinacea Gm. et Lath., de qua v. mox infra). — Sed in Africa tropica septentrionali, præter varietates majores, aliæ, his simillimæ, sed multo minores, inveniuntur; quarum una, senegalensis, est C. vinacea Gm.; Lth. 63 (ex Briss.); — C. semitorquata Sw.; — Hartl. W. Afr. 196. — Altera, in Nubia (et »Egypto» Rüpp.) inventa, colore paullo magis fulvescente tincta, melius cum descr. L.V:ii convenit. Hæc verisimiliter est »Turtur risorius» Rüpp. Syst. Üb. 100 (c. cit. tabulæ L. V. 268); alias, ut videtur, non descripta. Sine dubio est varietas climatica Col. vinacea Gm., cui in plerisque similis est; eam vero pro tempore C. roseogriseam vocavimus; (pallidior; ala 140 mm.; al. tectr. majores pallide canæ, limbo apicis albo). — His perpensis crederemus, L. V. Columbam majorem, damarensem, vidisse; sed specimen ex Egypto descriptsse et pinxisse.

— pag. 79: »AUTRE ESPÈCE», »in regione capensi vulgaris», in descriptione præcedentis memorata est; cuius plura specimina habemus. Hæc alia est varietas Col. vinacea Gm., propius, quam nuper descripta, ad C. vinaceam senegalensem accedens, sed distincta: colore paullo obscuriore, gula tantum albida et cet.; ala 150 mm. Eam vero, donec melius innotescant numerosæ varietates, inter se simillimæ, C. vinaceam var. capicola m. vocavimus.

269. TOURTERELLE A MASQUE; Houtniqua; — Col. larvata Temm. Pig. — Wagl. n:o 67.

270. TOURT. MAILLÉE; »in Namaqua et ad Senegal»; — Col. senegalensis L. (ex Briss. I, 125, 25); — C. maculicollis Wagl. 97. — Hæc in Caffraria frequenter obvenit; eam vero ipsi, neque ex colonia, neque ex regione occidentali (Namaqua, Damara) vidimus.

271. TOURT. EMERAUDINE; in colonia orientali et Caffraria; — Col. chalcospilos Wagl. 83, maculis alarum viridiæneis; quæ vix est nisi varietas Col. afræ L. XII, Lath. 64, ex Africa tropica septentrionali, unice maculis alarum violaceis distinctæ. Bp. Csp. II: 67, 68.

272. TOURT. TAMBOURETTE; cum priore inventa; — Col. tympanistria Temm. Pig. — Wagl. 102. — Hartl. W. Afr. 197. — Bp. Csp. II, 67.

273. TOURTELETTE ♂; »intra coloniam capensem migrans; in Namaqua nidificans». — Columba capensis L. — Lath. 75; — C. atrogularis Wagl. 108; — Oena capensis Bp. Csp. 69.

274 et 275. Ejusdem femina et junior.

276, 277. (Colombar); »ad flumen Grote Vishrivier in terra Namaquorum», cum historiola de nido pullulisque. — In Caffraria frequens invenitur sp. huic affinis: Treron delalandi, Bp. Csp. II, 6, — et prope flumen Douche, ad lat. merid. 18—20°, aliam (Vin. nudirostrem vel sp. maxime affinem) invenit J. Wahlberg, sed non verisimile videtur, utramque harum, quæ regiones locupletiores amant, deserta Namaquaæ, saltem nidificantes, inhabitarent. Icon vero et descriptio L.V:tii evidenter exhibent Col. abyssinica Lath. Suppl. II (ex Buff. et Bruce Itin. Abyss.: Waalia), quæ Africam superiorem, ab Abyssinia ad Senegalem, inhabitat. — Obs. genus Vinago Cuv. typum habet hanc Col. abyssinica, a Bruce et a L. V. descriptam. Nomen igitur male a Bonaparte, Csp. II, 7, adhibetur.

278. (! Colombigalline); »inter rupes terræ Namaquorum», cum longa historia de vitæ ratione, de nido »in terra sito» et de »pullulis mox ex ovo currentibus» etc.; quæ ounnia demonstrarent hanc avem esse medium inter Columbas et Gallinas. Quæ vero omnia sunt ficta; avis enim arte composita erat. Specimina duo, inter se similia adhuc in Musæo Leydensi, ex collectione LeVaillantii restant, quæ nihil aliud sunt, nisi Columba livia domestica cum carunculis gulæ etc., arte appositis. — Interea hoc monstrum descriptum est nomine Col. carunculatae, Temm. Pig. — Wagl. 41, — et cet.; et factum est typus generis Verruliæ Flem. et rec!. Conf. Bp. Csp. II, 47.

279. *Colombigalline à camail*; ex insulis moluccis; — *Columba nicobarica* L. X (ex Albino); — Lath. 44; — *Columba gallus* Wagl. 113. — *Caloenas nicobarica* Gray; — Bp. Csp. II, 95.

280. *Colombihocco*; Java; — *Columba coronata* L. (Edw. 336 et Briss.); — Lath. 9; — Wagl. 111; — *Goura!* coronata Flem. — Bp. Csp. II, 96.

281. *Colombiperdrix a cravate noir*, ex Antillis; — *Columba cyanocephala* L. X (ex Albino, II, 49); — Lth. 54; — Wagl. 112; — *Starnænas*, Bp. Csp. II, 69.

282. *Colombiperdrix roux violet*, ex Antillis; — *Col. montana* L. X (Edw. 119); — Lath. 3; — Pr. Max. Beytr. IV, 479; — Wagl. 75; — Bp. Csp. II, 72.

283. (Colombicaille); »inter montes Namaquorum a L. V. inventa», ubi tamen »nidum investigare non potuit». — Hæc avicula, a nemine post L. V. cognita, ex illius opere descripta, vocata est: *Columba hottentotta* Temm. Pig. — *C. gularis* Wagl. 90. — Genus: *Coturnicoenas*!! Des Murs R. Z. 1854. — Ut sp. ignota et dubia enumeratur, Bp. Csp. II, 69. — Hæc præter dubium est avis fictitia, forte ex specimine composito Col. passerinæ, cum fronte gulâque albâ, arte appositis, descripta, et forte cum sp. quadam *Hemipodii* vel *Coturnicis*, in Africa visæ, non vero domum allatæ, confusa.

284. *Chevechette perlée*, »ex regione Senegalensi»; — *Strix perlata* Vieill. Enc. 1390; — *Strix occipitalis* Temm. Pl. Col. 34; — *Athene perlata* Hartl. W. Afr. 17. — Obs. Strigis species, huic maxime affinis, *Str. (Athene) licua* Licht. Cat. 1842, in Caffraria superiore invenitur, quæ vero L.V:tio ignota erat.

285. *Piegrèche blanchot*, etiam »e regione Senegalensi»; — *Lanius olivaceus* Vieill. Enc. 730 (ex L. V.; nec *L. oliv. Sh.*, qui = n:o 75, supra); — *Lan. icterus* Cuv. R. A. 1829 (ex L. V.); — *L. poliocephalus* Licht. Cat. p. 45 (Senegal); — *Laniarius icterus*

Hartl. W. Afr. 110. — Obs. Omnia hæc nomina avi senegalensi data sunt. Hodie vero eandem ex Caffraria cognovimus, quæ vocata est: Archolestes icterus — et A. hypopyrrhus Cab. Mus. Hein. 71. — Adsentimus vero Hartlaubio, qui A. hypopyrrhum marem veterem ejusdem speciei credit.

286. *Pie-grièche Perrin*, »ex Malimbe»; — *Lanius gutturalis* Daud. (ex L. V.). — *Laniarius* gutt. Hartl. W. Afr. 108; — *Malaconotus* gutt. nob.

Obs. Etiam hujus avis varietas, vel species maxime affinis: *Malaconotus quadricolor* Cassin Philad. Proc. 1851, 245, in Caffraria superiore et ad Port Natal frequens inventa est, quæ vero ignota erat LeV:tio. — Is memorat duo specimina cognita *M. gutturalis*, ex Malimbe, a Perrino allata; quorum alterum in Musæum hodiernum Stockholmiense, ex coll. lib. Baronis Paykullii, suecani, nec berolinensis, ut credidit L. V., pervenit, ibique, adhuc, egregie conservatum, adest.

287, 288. GRAND SUCRIER ou Suer. du Protea; — intra Coloniam, in Proteis, nec in silvis; — *Merops cafer* L. X et XII (ex pictura Burmanni); — *Upupa promerops* L. XII (Briss. II, 461, t. 43: *Promerops*); — *Lath. n:o 5*; — *Falcinellus griseus* Vieill. Enc. 580; — *Ptiloturus* Sw. — Cab. Mus. Hein. 104; — *Promerops* (typus gen:s) Brisson 1. c. — *Pr. cafer* Gr. Gen.; — Bp. Csp. 410, — nobisque.

289, 290. SUCRIER MALACHITTE; per coloniam et circa urbem frequens; — *Certhia famosa* L. (Briss. III, 647); — *Lath. 24*; — *Cinnyris famosa* Cuv. — Vieill. Enc. 592; — *Nectarinia* Ill. — *Nect. formosa!* Bp. Csp. 404 (quæ emendatio nominis minime necessaria erat; famosus enim, non minus quam formosus, est vocabulum bene latinum). — *Nect. famosa* Licht. — Mus. Hein. 102.

291. (! *Suerier cardinalis*); »in montosis editis terræ Namaquorum»; — *Cinnyris cardinalinus* Vieill. Enc. 599, unice ex L. V., nec post eum inventa. Avem esse compositam edidit Hartlaub W. Afr. 54, in nota; nobisque cl. Schlegel specimen typicum L.V:tii, adhuc in Musæo Leydensi asservatum, monstravit; quod e *Nectarinia chalybea*, cum ventre alieno, rubro, compositum videtur.

292. SUCRIER ORANGA; intra coloniam capensem, frequens. — *Certhia violacea* L. XII (Briss.); — *Lath. 21*; — *C. aurantia* Lth. 47; — *Nectarinia viol.* Gray Gen. — Bp. Csp. 404.

293: 1. (*Suerier cossu*); »ex Senegambia»; sed »in Caffraria meridionali a L. V. ipso visa»; nec deest relatio de iis, quæ ei de hac avicula, narraverunt indigenæ; qui sæpe mos est auctori nostro in mendaciis referendis. — *Certhia pulchella* L.; — *Lath. 23*; — *Nectarinia pulch.* rec. — Bp. Csp. 404; — Hartl. W. Afr. 52; — avis tantum in Africa tropica septentrionali, a Senegalo ad Nilum, inventa.

293: 2. (*Suerier figuier*); »in silvis Namaquæ majoris, succo florum Jasmini sp. incertæ, victitans». — Est *Cinnyris platura* Vieill. Enc. 589; — *Nect. platura* Bp. Csp. 405; — Hartl. 53; — tantummodo ex Africa occidentali cognita.

294. SUCRIER VELOURS; »in colonia orientali: Houtniqua, Gamtoo; — *Cinnyris auratifrons* Vieill. Enc. 590 (ex L. V.); — *Certhia amethystina* Sh. (ex L. V.); — *Cinn. amethy-*

amethystina Bp. 406; — Hartl. W. Afr. 44; — Avis nobis e Caffraria et ex colonia orientali allata. Etiam in Africa occidentali inventa dicitur, quod vero maxime dubium videtur. Hartlaub specimina exinde haud novit; ipse vero dubia, l. c., a J. Verreaux suggesta affert. Sola auctoritas, hanc avem esse Africæ occidentalis incolam, ni valde fallor, est Swainson, W. Afr. II, 134, qui avem describit; patriam vero non memorat.

295: 1. (Sucrier éblouissant); »in Namaqua majore»; ubi »plures nidos cum ovis» invenisse dicit L. V. — Cinn. splendida (Sh.) Vieill. Enc. 587; — Certhia coccinigastra Lath. Suppl. Ind:s (ex deser. orig. in Suppl. II, 164 n:o 18); — Cinn. bombycinus Vieill. Enc. 596 (Ois. dorés II, 82); — Cinn. splendida Bp. Csp. 408; — Nectarinia spl. Hartl. W. Afr. 46; — ex Africa occidentali (Senegambia, Guine, Congo Hartl.). Nulla vero auctoritas, præter LeV:tii, non magni habendam, adest, avem etiam in Africa meridionali inveniri; quod etiam plane negat J. Verreaux.

295: 2. SUCRIER PEOTÉE; »ex Caffraria maxime meridionali et regione senegalensi». — Ab icona et descriptione L.V:tii non certe dijudicari potest, utrum avem senegalensem (Nectarinia) senegalensem (Linn.) rec.), an varietatem, vel sp. maxime affinem, in Caffraria, circa Port Natal, vulgarem, habuerit. Hoc vero, ut possibile, h. l. accipendum. Avis caffra: Cinnyris natalensis Jard. Nat. Libr. V, pl. 12, a senegalensi vix differt, nisi magnitudine paullo majore alisque nigroribus, dorso concoloribus.

296. SUCRIER NAMAQUOIS; ex Namaqua; — Cinnyris fuscus Vieill. Enc. 594 (ex L. V.); — Bp. Csp. 407; — (Hartl. W. Afr. 51?). — Hanc avem e regione fluminis Gariep accepimus, eamque deinde in terra Damararum occidit J. Wahlberg.

297. (Sucrier bronzé); »in colonia orientali: »ad Zwartekop et Sontagsrevier», visus dicitur. Nidus quoque, ova et pulluli, ibi inventi describuntur! — Sed tamen hæc minime est avis africana; specimen enim, »mas» dictum, est: Nectarinia lotenia (L.) ex India; sed femina alia videtur, forte, ut credit J. Verreaux, Nect. zenobia ♂ ex Amboina. — Icones et deser. L.V:tii vocatæ sunt: Cinn. ænea Vieill. Enc. 599; — Bp. Csp. 406.

298. (!Sucrion); »in silvis prope Van Stade et Louri inventa»; »forte sub migratione». — Specimen tamen »maris», in musæo Leydensi adhuc asservatum, compositum est a Neet. zeylonica (L.), in tota India vulgari, cum gastræo rubro, arte apposito. »Femina» potest esse Cinnyris zeylanica ♀. — Obs. non absonum videtur, hanc compositionem factam esse, ut Cinn. speratam (L.), ex ins. Philippinis, multo rariorem, repræsentaret. — Nomen iconi datum, est: Cinn. pusilla Vieill. Enc. 587; — Bp. Csp. 407 n:o 30 (nec n:o 9).

299. SUCRIER GAMTOCIN; ex Gamtoo, in colonia orientali; — Cinnyris collaris Vieill. Enc. 590, n:o 23 (ex L. V.); — Bp. Csp. 406. — Typus gen:s Anthodiætæ, Cab. Mus. Hein. 100. — Nobis e Caffraria allata.

300. SUCRIER A PLASTRON ROUGE; in sylvis altis Caffrariae et coloniæ orientalis; — Certhia scarlatina Sparrm. Mus. Carlss. 58. — Conf. supra, pag. 10, n:o 58.

— p. 177. SUCR. A DOUBLE COLLIER (absque icona, sub descr. prioris memorata); — circa urbem capensem frequens; — Certhia capensis L. XII (♀, ex Briss. III, 618, sp. 7); — C. chalybea ibid. (♂, ex Briss. III, 643, sp. 20); — C. afra ibid. (Edw. 347); — Lath.

n:o 11, 12 et 18; — *Nect. chalybea* Ill. Licht.; — *Cinnyris chal.* Bp. Csp. 407; — Mus. Hein. 102.

— pag. 179, Varietas hujus, albinismo partiali affectus, describitur.

— pag. 180, »alia sp. affinis», »inter duas praecedentes media», describitur, quæ vero nimis dubia mihi videtur.

Revisione operis Levaillantii finita, aves omnes, ibi descriptas, 284 sp., ut melius recognoscantur, hac ratione distribuimus:

1:o Aves certe Africæ meridionalis

a L. V. sufficienter determinatae, nobisque ex eadem terra cognitæ. (134 sp.)

- | | | |
|---|--|--|
| 1. <i>Falco bellicosus</i> Daud. | 104. <i>Cossypha bicolor</i> (Sparrm.) | 195. <i>Macronyx capensis</i> . |
| 2. — <i>occipitalis</i> Daud. | 105. <i>Pycnonotus capensis</i> . | 197. <i>Alauda pyrrhonota</i> . |
| 3. — <i>coronatus</i> L. | 106: 1. — <i>nigricans</i> . | 199. — <i>cineræa</i> . |
| 4. — <i>vocifer</i> Daud. | — 2. <i>Andropadus import.</i> | 200-1. <i>Cuculus gularis</i> . |
| 7-8. — <i>ecaudatus</i> Sh. | 108. <i>Loiptilus nigricapillus</i> . | 204-5. — <i>clamosus</i> . |
| 9. <i>Vultur auricularis</i> . | 111. <i>Bessornis caffra</i> (L.). | 206. — <i>capensis</i> . |
| 10. — <i>kolbii</i> Daud. | 112: 1. <i>Phyllostrophus cap.</i> | 207-8. — <i>serratus</i> . |
| 14. <i>Neophron perenopterus</i> . | — 2. <i>Sphenæacus african.</i> | 209. — <i>ater</i> . |
| 16. <i>Falco jacal</i> Daud. | 118. <i>Thamnobia leucophrys</i> . | 210-11. — <i>auratus</i> . |
| 17. — <i>desertorum</i> Daud. | 120. — <i>coryphæus</i> . | 212. — <i>klaasi</i> . |
| 19. — <i>tachardus</i> Daud. | 121: 2. <i>Cettia bæticata</i> . | 220. <i>Centropus nigrorufus</i> . |
| 22. — <i>parasiticus</i> Daud. | 123. <i>Apalis thoracica</i> ; sed ♀ aliena. | 228-9. <i>Trogon narina</i> . |
| 23. — <i>ranivorus</i> Daud. | 124. <i>Drymoeca fulvicapilla</i> . | 234. <i>Buceros coronatus</i> . |
| 24. — <i>tachiro</i> Daud. | 125. <i>Eremomela brachyura</i> . | 241: 1. <i>Indicator flavicollis</i> . |
| 25. <i>Gypogeranus serpentarius</i> . | 126. <i>Thamnobia subcærulea</i> . | — 2. — <i>variegatus</i> . |
| 27. <i>Falco musicus</i> Daud. | 127. <i>Drymoeca flavicans</i> . | 242. — <i>minor</i> . |
| 33. — <i>gabar</i> Daud. | 130: 1. — <i>maeroura</i> . | 243. <i>Cypselus melba</i> . |
| 34. — <i>minullus</i> Daud. | Tab. 129: »femina», sed aliena. | 246: 1. <i>Hirundo fuligula</i> . |
| 35. — <i>rupicola</i> Daud. | 131. <i>Hemipteryx textrix</i> . | — 2. — <i>paludicola</i> . |
| 36-7. — <i>melanopterus</i> Daud. | 132. <i>Zosterops capensis</i> . | 248-9. <i>Picus capensis</i> . |
| Sub n:o 40, pag. 162:
Strix (Scops) senegal. var.
p. 163: Str. flammea. | 134. <i>Aegithalus minutus</i> . | 250. — <i>notatus</i> . |
| 49. <i>Caprimulg. pectoralis</i> . | 135. <i>Sylviella rufescens</i> . | 251-2. — <i>mystaceus</i> . |
| 50. <i>Corvus albicollis</i> . | 137. <i>Parus niger</i> . | 253. — <i>fulviscapus</i> . |
| 52. — <i>capensis</i> . | 138. — <i>afer</i> . | 254-5. — <i>arator</i> Cuv. |
| 53. — <i>scapulatus</i> . | 139. inf. — <i>fuseus</i> . | 256. <i>Colius striatus</i> . |
| 61-2. <i>Lanius collaris</i> L. | 142-3. <i>Muscic. perspicillata</i> . | 257. — <i>capensis</i> . |
| 64. — <i>collurio</i> , var. | 151. — <i>cyanomelas</i> . | 258. — <i>erythromelon</i> . |
| 67. <i>Malaconot. baebakiri</i> . | 154. — <i>scita</i> . | 261-2. <i>Oriolus larvatus</i> . |
| 68. — <i>ferrugineus</i> . | 156. — <i>fuseula</i> . | 264. <i>Columba arquatrix</i> . |
| 70. <i>Pomatorhynch. erythropyt.</i> | 157. <i>Pogonochicha stellata</i> . | 265. — <i>trigonigera</i> . |
| 71. <i>Nilaus brubru</i> . | 161. <i>Platystira pririt</i> . | Sub 268, p. 79 <i>C. capicola</i> . |
| 72. <i>Dryoscopus cubla</i> . | 162-3. <i>Campephaga cana</i> . | 269. <i>Columba larvata</i> . |
| 75. <i>Malaconotus olivaceus</i> . | 164-5. — <i>nigra</i> . | 270. — <i>senegalensis</i> . |
| — <i>rubiginosus</i> . | 167-8. <i>Dicrurus musicus</i> . | 271. — <i>chalcospilos</i> . |
| 83-4. <i>Amydrus morio</i> . | 177. <i>Motacilla capensis</i> . | 272. — <i>tympanistria</i> . |
| 88. <i>Notauges bicolor</i> . | 178. — <i>vidua</i> var. | 273-5. — <i>capensis</i> . |
| 89. <i>Lamprocolius nitens</i> . | 180. <i>Praticola torquata</i> . | 287-8. <i>Promerops cafer</i> . |
| 91. — <i>caffer</i> . | 181-2. <i>Saxicola pileata</i> . | 289-90. <i>Nectarin. famosa</i> . |
| 93-4. <i>Pastor carunculatus</i> . | 183. <i>Ruticilla sperata</i> . | 292. — <i>violacea</i> . |
| 97. <i>Buphaga africana</i> . | 184: 1. <i>Saxicola cinerea</i> . | 294. — <i>amethystina</i> . |
| 98-9. <i>Turdus olivaceus</i> . | 184: 2. } — <i>monticola</i> . | 295: 2. — <i>natalensis</i> . |
| 100. — <i>obscurus</i> . | 185. } — <i>formicivora</i> . | 296. — <i>fusca</i> . |
| 101-2. — <i>rupestris</i> . | 192. <i>Alauda africana</i> . | 299. — <i>collaris</i> . |
| 103. — <i>explorator</i> . | 193. — <i>crassirostris</i> . | 300. — <i>scarlatina</i> . |
| | 194. — <i>apiata</i> . | — p. 177 — <i>chalybea</i> . |

2:o Aves verisimiliter capenses,

etsi descriptionibus et iconibus auctoris, ab avibus nobis cognitis, sat differentibus, plus minusve dubiæ. (9 sp.).

- | | |
|--|---|
| 6. Caffre v. supra. | 219. Centropus burchelli? c. fig. C. senegal. |
| 28. ! Falco comm. minor; compositus. | 244: 1. veris. Cypselus cafer, false descr. |
| 39. Strix maculosa, false descr. | 245: 1. " Hirundo capensis " " |
| 74. Bradyornis silens, male descr. | — 2. " — rufifrons " " |
| 160. Platystira capensis, false descr. | |

3:o Aves dubiæ,

ignotæ vel in Africa meridionali ulterius inquirendæ. (10 sp.).

- | | |
|--|--|
| 18. Buteo lagopus, an umquam in Africa meridionali visus? | |
| 47-8. »Engoulevent a queue fourchue», an avis composita? | |
| 110. »Hausse col noir» " id. ? | |
| 119. »Col d'or, videtur eadem ac no: 111, male pista. | |
| 121: 1. »Caqueteuse», videtur Calamoherpe sp. inc. | |
| 122. »Pavaneur», Bradypterus, typus gen:s, sed sp. incertus! | |
| 128. »Double sourcil», avis ignota. | |
| 190. »Traquet coureur», Saxicolæ sp. nobis obscura. | |
| 198. »Alouette à calotte rousse», Alauda sp. incerta. | |
| 268. »Tourterelle blonde»; Columba ulterius inquirenda. | |

4:o Aves pseudocapenses,

certe non in Africa meridionali, a L. V. peragrata, inventæ, etsi eas auctor, veritatem parum curans, asseverat, se ipsum ibi invenisse, adjecta plerumque historiola de vitæ ratione, de captura et cet. (60 sp.)

- | | |
|--|---|
| 5. Falco leucogaster Lath. Australia. | 169. ! Dicrurus sp. composita. |
| 15. — bacha Java. | 179. Motacilla variegata India. |
| 29. — tibialis Daud. (F. jugger) . . India. | 188: 1. Ruticilla rufiventris " |
| 31. »Acoli», avis ficta, vel composita. | — 2. Thamnobia fulicata Java. |
| 38. Surnia nisoria Europa v. Amer. | 189. Myrmecocichla nigra Congo. |
| 40. Bubo bengalensis India. | 191. Alauda tartarica. Asia media. |
| — p. 162. Strix otus Europa. | 213. Cuculus coromandus L. India. |
| — p. 163. — sp. " | 214. — niger L. ♂ " |
| 51. Grand corbeau, avis ficta. | 216. — " ♀ " |
| 54. Ptilostomus afer Senegal. | 217. — cristatus L. Madagasc. |
| 63. Lanius senator L. Eur. v. Senegal. | 218. — cœruleus L. " |
| 69. Malaconotus barbarus. Senegal. | 221. Centropus affinis juv. Java. |
| 73. Lanius madagascarinus (L.) Madagasc. | 222. »Coucal nègre», composita. |
| 87. Lamprotornis ænea Senegal. | 226-7. Leptosomus viridis Madagasc. |
| 90. — aurata " | 244: 2. »Martin velocifère», avis ficta? |
| 95: 1. Pastor pagodarum India. | 247. Hirundo sp. indica? |
| — 2. — ginginianus " | 260. Oriolus auratus Afr. tropica sept. |
| 96. — roseus Eur. v. India. | 263. — melanoceph. India. |
| 107: 1. Pycnonotus haemorrh. India. | 266. Columba madagasc. L. Madagasc. |
| — 2. — aurigaster Java. | 267. — franciae Gm. Mauritius. |
| 109. Copsychus saularis India. | 276-7. — abyssinica Lth. Senegal. |
| 133. Avis Synallaxina Amer. merid. | 278. ! Colombigalline: composita. |
| 147. Muscicapa holosericea Bourbon. | 283. ? Colombicaille, fabulosa. |
| 148. — mutata Madagasc. | 291. ! Nectarinia sp. composita. |
| 149. ! »Nebuleux» avis composita. | 293: 1. — pulchella Afr. sept. |
| 150. ! »Cordon noir» id. | — 2. — platura " occid. |
| 152. Rhipidura javanica Java. | 295: 1. — splendida " " |
| 153. Muscicapa cœrulea Gm. India. | 297. — lotenia India. |
| 158. Sialia wilsoni Amer. sept. | et zenobia Amboina. |
| 159. Arundinicola leucoceph. Amer. mer. | |
| 166. Dicrurus forficatus Madagasc. | 298. ! — sp. composita. |

5:o A'ves extraneæ

quas ipse L. V. dicit, se non ex Africa meridionali accepisse, quas tamen cum africanis promiscue describit. (71 sp)

- | | | | |
|-------------------------------------|-----------|--------------------------------------|-------------------------------------|
| 11. Vultur bengal. | Bengal. | 77: 1. Thamnoph. nævius Guyana. | 174. Dicrurus macrocerc. . Java. |
| 12. — monachus | China. | 77: 2. — sp. ♀. . " | 175. — malabar. . India. |
| 13. — papa | Am. mer. | 78. Lanius corvinus . . . Senegal. | 176. — æneus . . . " |
| 20. Falco nigricollis | " " | 79. ! Av. compos. (Sparactes), | 202-3. Cucul. canor. . . . Europa. |
| 21. — æquinoctialis | " " | 80-1. Prionops plum. . . Senegal. | 215. Zancl. æneus. . . . Congo. |
| 26. — ornatus | " " | 82. ! Av. compos. (Sicrin). | 223. Centrop. phasian. . . Austral. |
| 30. — chiquera Bengal. | | 85. ! — — (Eclatant). | 224. Melias pyrrhoc. . . Ceyl. |
| 32. — melanoleuc. | " " | 86. Lamprot. ornata. . . Afr. occ. | 225. — viridis Less. Java? |
| 41. Strix huhula. | Am. trop. | 92. Meliph. cincinnata. . N. Zeel. | 230. Bucorax abyss. . . Seneg. |
| 42. — torquata | " " | 113. Turd. nævius . . . Califom. | 231—2 idem. |
| 43. — griseata | " " | 114. — macrorous Gm. Java. | — p. 113. Calao brac. |
| 44. — personata. | " " | 115. Pachyceph. gutturi. . Austral. | 233. Buceros fasciatus . . Angola. |
| 45. — nyctea . . . (regio aret.). | | 116. Meliph. phrygia . . . " | 236-7. — nasutus . . Seneg. |
| 46. — passerina. . . . Europa. | | 117. ? Av. ign. an compos.? | 238. — erythrorrh. . " |
| 55. ! Av. composita. | | 130: 2. Stipitur. malach. . Austral. | 239. — plicatus . . Java. |
| 56. Cryptorhina varians. Java. | | 136. Dicæum flammeum . Java. | 240. — hydrocor. . Philipp. |
| 57. Pica erythrorrh. . . . China. | | 139 sup. Parus ciner. . . . " | 259. Colius nigricollis . . Angola. |
| 58. ? — sp. inc. | " " | 140. Pyconot. atricapill. Ceyl. | 279. Columba nicob. . . Molucc. |
| 59. — rufa | Bengal. | 141. Aegithina ceylonica . . " | 280. — coronata . . Java. |
| 60. Cissopis lever. . . . Guyana. | | 144-6. Muscip. parad. . . India. | 281. — cyanoceph. Amer. |
| 65. ! Avis composita. | | 155. Pericroc. peregr. . . . " | 282. — montana . . " |
| 66: 1. ? ign. an compos.? | | 170. Dicrurus leucoph. . . (Java). | 284. Strix perlata . . . Senegal. |
| — 2. Lan. superecil. . . . Java. | | 171. — leucogaster (Ceyl). | 285. Malacocon. icterus . . . " |
| 76: 2. Cyclorhis guyan. . . Guyana. | | 172. — cærulesc. . Bengal. | 286. — gutturalis . Malimbe. |
| | | 173. — lophorhin. . India. | |


Ergo in toto opere descriptæ sunt avium sp. 284, in quibus arte compositæ sunt: n:o 28, 55, 65, 79, 82, 85, 149, 150, 169, 222, 278, 291, 297. Suspicio autem ejusdem indolis esse: n:o 31, 47, 58, 66: 1, 110, 117, 160, 245: 1, 283.

OBSERVANDA:

pag. 13 n:o 88: Synonymia mala; correctam videas p. 52 n:o 258

" 42 " 158: Descriptio ovorum et nidi vitaque rationis temere ficta: "nidus in furca rami, artificiose confectus" . . .; "ova vire-scentia, maculis rufis" etc. — Sialia vilsoni nidum in cavo arboreo construit ovaque dilute cærulea, immaculata parit. — Quam comparationem h. l. exempli gratia afferimus.

" 45 " 190, linea penultima; legas: vulgari.









3 9088 00291238 4

nrbird qQL677 2 S95

Kritisk framställning af fogelarterna u